ROBERTI BELLARMINI POLITIANI,

Societatis Iesu,

S. R. E. CARDINALIS.

Institutiones linguæ Hebraicæ, postremò recognitæ, ac locupletatæ.



NEAPOLI,

Apud Lazarum Scoriggium, M.DC.XXII.

Poteſt imprimi, ſi placet admodum Illuſt. & Reuerendiſſimo Epiſcopo Carinolæ Vicario Generali.

R. Fr. Dominicus Grauina Ord. Præd. Cur. Archiep. Theol.

Mag. Fr. Saluator Penna Carmel. Deput.

Imprimatur.

Alexander Boſchius Epiſc. Carin. Vicarius Generalis.



ADMONITIO AD LECTOREM.



*ABES, studiose Lector, in hoc libello Institutiones ab eruditissimo, & ingeniosissimo Auctore, licet in confutãdis hæresibus occupato, ad communem Ecclesiæ utilitatem elaboratas. Habes illa, quæ artificiosus auctor admonuit non simul cum rudimentis addiscenda, seiunctim in alterum librum distincta, ac separata. Habes quas uiri doctissimi additiones adiunxère ad maiorem hebraicarum litterarum eruditionem, hac postrema editione methodo breui, clara, facillima concinnatas. Vt nihil iam requiratur ad addiscendum paruo labore, tempore quam breuissimo, sine præceptore, quicquid necessarium est ad linguam hebraicam, qua multi sacri libri conscripti sunt, intelligendam. *Quæ lingua, cum ualde utilis sit ad uulgatam editionem latinam percipiendam, ad sensus uarios eruendos, ad consolationem,*

*De laudib⁹ linguæ Hebraicæ vid. Alphons. al-

meron. Proleg. 14. in princ. *quæ oritur ex maiore, ac penitiore intelligentia: ne, quæso, otiosos esse permittas tantos labores: & sacrarum litterarum iucunditas, qua ipse fruebere; & utilitas, quam è tua in diuinis scripturis eruditione percipiet Ecclesia Catholica, alliciat te, & compellat ad tantulum hunc Grammaticæ laborem exhauriendum. Neapoli IIII. Non. Septemb. M. DC. XXI.*

Lazarus Scoriggius Typographus.

INSTITVTIONVM LINGVÆ HEBRAICÆ

Liber Primus.

DE PRIMIS RVDIMENTIS.

PRIMVS liber prima tantum Hebraicæ linguæ rudimenta continebit: eruditiora pręcepta secundus liber complectetur. Liber autem quatuor partes habebit. Prima erit de ratione legendi, secunda de nomine, tertia de verbo, quarta de reliquis orationis partibus, & mutatione punctorum.

PRIMA PARS.

De ratione legendi.

LEctio Hebręorum, & scriptura est à dextra in sinistram. Non habent Hebręi litteras vocales: sed omnes eorum litterę sunt consonantes. De vocalium notis infra dicetur cap. 2.

DE LITTERIS.

Cap. I.



Itteræ, quas Hebræi * *Othijòth* appellant, sunt vigintiduę. Habent duplicem characterum formam: alteram, qua ad priuata negotia vtuntur, & dicitur littera cursiua; alteram, quę adhibetur in Biblijs sacris, & dicitur quadrata; de qua nunc agimus. Litterarum numerum, & ordinem, qui ex Threnis Hieremię, alijsq; similibus Alphabeticis libris colligitur, nec non figuras, nomina, & ipsorum nominum significationem, denique potestatem, siuè sonum ipsarum, subiecta tabella indicabit.

*אותיות

Fig.

Fig.	Poteſtas.	Nomen.	Significatio.
א	Aſpiratio lenis. Non habet aliũ ſonũ, quã vocalium, quæ ei adiungũtur, a,e,i,o,u.	*Aleph* אָלֶף	Quaſi * *Allúph*, ideſt, princeps: quod ſit principium Alphabeti. * אַלּוּף
ב ב	Sine puncto, bh; ſiue, β, Græcorũ; ſiue, v, conſonans. cum pũcto ſonat, B.	*Beth* בֵּית	Domus, quod figura ſua domum imitetur. ſumma enim linea tectum, ima pauimẽtum, media parietem, vacuitas è regione portam refert.
ג ג	Sine puncto, gh. cũ pũcto dẽſiorẽ ſonũ habet. Profertur, vt g, latinum i Gabriel, & Gubernator.	*Gimel* גִּימֶל	Quaſi * *Gamàl*, ideſt, Camelus: propter gibbum, quem in dorſo gerit. * גָּמָל
ד ד	ſine pũcto eſt, dh. cũ pũcto eſt, D, denſius pronunciatum.	*Daleth* דָּלֶת	Quaſi * *De'leth*, ideſt, porta: quod eam ſuis lineis aliqua ex parte referat. * דֶּלֶת

	Fig.	Poteſtas.	Nomen.	Significatio.
	ה	Aſpiratio maior, quã Aleph: videt reſpõdere, H, aſpirationi latinorũ, & ſpiritui denſo gręcorum.	*He* הֵא	A ſono, quem exprimit, nomen accepit.
	ו	V, conſonans.	*Vàu* וָו	Vncinus, quod eius ſimilitudinem præſeferat.
אָזֶן *	ז	Z, Græcum, vel latinum.	*Zajin* זַיִן	Quaſi *uzen, genus armorum: quod claua eſſe videatur.
	ח	H h. Aſpiratio bis dẽſior, quã H, noſtrũ formatur in nodo gutturis.	*Hbèth* חֵית	A' ſono proprio ſic vocatur.
	ט	t	*Tèth* טֵית	Item à ſono.
יָד *	י	j, conſonans.	*Iòd* יוֹד	Quaſi *Iad, ideſt, medium, & locus. quia ſua exiguitate locum, & ſpatium vacuum relinquit.

Fig.

Fig.	Poteſtas.	Nomen.	Significatio.	
כ כּ ך	Sine pũcto in medio eſt, ch; & χ grȩcum. cum puncto aſperi⁹ ſonat, vt k. ſecũda ei⁹ figura ſcribit in fine dictionis.	*Caph* כַּף	A curuitate ſic dicitur. nam * *Caphàph* incuruare ſignificat, & * *Caph* rem curuam, & volam.	* כָּפַף * כַּף
ל	l	*Làmed* לָמֶד	A * *Malmàd*, ideſt, ſtimulo, ſeu veru, cuius ſimilitudinem refert.	* מַלְמָד
מ ם	m ſecunda figura ſcribitur in fine dictionis.	*Mem* מֵם	A ſono, vt in alijs linguis.	
נ ן	n	*Nun* נוּן	Item à ſono.	
ס	S, noſtrum denſum.	*Sàmech* סָמֶךְ	Quaſi * *Samùch*, ideſt, continuatum, & in ſe ductum.	* סָמוּךְ
ע	Aſpiratio deſiſſima, vt triplex, hhh. Formatur ſub nodo gutturis.	*Hhbàiju* עַיִן	Oculus, quod eius figuram imitetur.	

Fig.

	Fig.	Potestas.	Nomen.	Significatio.
	פּ פ ף	Cũ pũcto in medio sonat, P. sine pũcto, Ph. secũda figura scribitur in fine dictionis.	*Pe* פֵּא	Os, seu vultus, à figura.
	צ ץ	ts	*Tsadè* צָדֵי	Venabulum, quod ei non dissimile videatur.
קוף *	ק	q, vel K.	*Koph* קוֹף	Vel à sono proprio sic dicitur, vel à circulo quem describit: nam * *kuph* circuire est.
ראש *	ר	r	*Resh* רֵישׁ	Quasi * *Rosc*, idest, caput, quod ex parte illius figuram imitetur.
Vid. Iudicũ c. 12. v. 6. שֵׁן *	שׁ שׂ	cũ puncto in dextro cornu sonat, sh, vel sc, in Scio, Scipio. cũ puncto in sinistro, s.	*Shin* שִׁין	Quasi **Shen*, idest, dens: quod dentata sit littera.
	תּ ת	cũ puncto in medio est, T. sine pũcto th; vel, θ, græcum.	*Tàu* תָּו	Signum, siue terminus, quod alphabetũ terminet: vel q̃a signi Crucis figuram olim habebat.

De

De nominibus litterarum Hebraicarum.



Omina harum litterarum vetustissima esse, atque ex his veluti fontibus quibusdam deriuata esse nomina omnium aliarũ literarum, veteres omnes docent, Hebręi, Græci, Latini. Vide Iosephum lib. 1. antiquit. cap. 4. Eupolemum apud Clementem Alexandrinum lib. 1. Strom. Augustinum lib. 18. de ciuitate Dei cap. 39. ac pręcipuè Eusebium lib. 9. cap. 4. & lib. 10. cap. 2. de præparatione Euangelica, qui ex eo demonstrat primas omnium litterarum Hebraicas fuisse, quod solæ Hebraicę litteræ nomina habeant significatiua. Cur enim Græci litteras suas vocent, alpha, beta, gamma, delta; & Latini, a, b, c, d, &c. nullam rationẽ aliam reddere possumus, quàm quod Hebræos imitati sint, qui litteris suis nomina posuerunt, Aleph, beth, gimel, daleth. Cur autem Hebræi litteras suas ita vocauerint, rationem à propria significatione ductam reddit Eusebius loco notato; item S. Hieronymus in Epist. ad Paulam vrbicam, & in commentario in

Threnos

Threnos Hieremiæ: nos quoque aliam ab illis non parum diuersam paulò ante reddidimus.

De potestate earundem litterarum.

PRæter ea, quæ in Alphabeto ipso annotauimus, sciendum quoque est, litteras omnes Hebraicas in quinque diuisas esse classes, pro numero videlicet instrumentorum vocis. Quędam enim dicũtur litterę gutturales, videlicet א ה ח ע. Aliæ dicuntur litteræ labiales, videlicet, ב ו מ פ. Alię dicuntur litterę palati, videlicet, ג י כ ק. Alię dicuntur litteræ lingue, videlicet, ד ט ל נ ת. Alię denique dicuntur litterę dentium, videlicet, ז ס צ ר ש. Ex quibus omnibus solę gutturales dubiam, & difficilem pronunciationẽ habent. & quidẽ, א, Aleph, in summo gutture, siue in ipso ore formatur, respondetq; spiritui leni Grecorum; ita vt nihil addat ad vocalem, cum qua syllabam efficit, nisi spiritum illum, qui minimus requiritur ad quamlibet vocem proferendam. ה He respondet spiritui denso Grecorum, & nostrę aspirationi h,

forma-

formaturq́; in gutture, ſed paulò inferius quàm Aleph. ח Hheth eſt quaſi duplex aſpiratio denſa,& in ipſo nodo gutturis, hoc eſt inferius, quàm he, formari debet. ע Aijn, aſpiratio eſt denſiſſima (etſi alij aliter ſentiant) fitq́; dum ſpiritus narium adiumẽto in imo gutture quodammodo ſtrangulatur. Itaque pronunciatio harum quatuor litterarum à ſummo gutture vſq; ad imum quaſi quibuſdam gradibus deſcendit.

De figuris, ſeù characteribus litterarum.

HOs litterarum characteres non eſſe eos, quibus initio ſacri libri ſcripti ſunt; ſed alios, quos Eſdras poſt captiuitatem excogitauit, teſtatur D.Hieronymus in prologo galeato, qui etiam in comment. ad cap. 9. Ezechielis docet, literam ח olim crucis figuram expreſſiſſe. Sed his omiſſis, primum diligenter intuendę ſunt figuræ, & diſcrimen notandum ſimilium litterarum, ne inter legendum vnam accipiamus pro alia. Sunt autem hę litterę ſimiles:

Deinde

ש ע כ ט ו ה ד ג ב
ש ץ ס מ ז ח ר נ כ

Deinde ſciendum eſt, quinque litteras dupliciter ſcribi, videlicet, צ פ נ מ כ / ץ ף ן ם ך Quarum priores, ideſt, cõtra-ctiores, ſcribuntur in principio, & in medio dictionis, poſteriores autem, quę etiam longiores ſunt, ſcribuntur ſolum in fine ‿. Inuenitur tamen extra ordinem Iſa. 9. v. 7. ם, in medio in illa dictione ‿,
לְםַרְבֵּה * *lemarbè* ad multiplicationem. & lib. 2. Eſdrę cap. 2. v. 13. מ in fine in dictione
הֵמ * *hem* illi.

Poſtremo aduertendum ſex eſſe litteras duabus dictionibus comprehenſas,
בגד * *Begàdh*, *Cephàth*: quę cum puncto in
כפת medio denſiorem, et aſperiorem pronunciationem habent; ſine puncto leniorem, et molliorem, vt in ſuperiore litterarum tabella indicatum eſt.

DE PVNCTIS, quæ vocalium loco ſunt apud Hebręos.

Cap. II.



Eteres Hebręi cum nullas haberent propriè vocales litteras, vtebantur interdum earũ loco quatuor conſonantibus; videlicet, * *Aleph, he, vau, jod.* et quidem per Aleph, et he, exprimebant, a, et interdum alias vocales: per vau, o, et, u: per jod, e, et, i. Erat autem difficillimus harũ vocaliũ vſus, tribus potiſſimum de cauſis. Primum enim eędem litterę interdum fungebãtur munere ſuo, ideſt, conſonantium; interdum alieno, ideſt, vocalium: nec facile dijudicari poterat, quando vno officio, et quando altero fungerentur. Deinde cum eadem littera diuerſarum vocalium locum obtinere poſſet, vt jod, e, et, i; vau, o, et, u; quis facile diuinaret, huius ne, an illius potius locũ obtineret? Accedebat poſtremo quòd ſępè nulla harum quatuor litterarum expreſsè in vocibus Hebraicis habebatur, ſed ſubintelli-

* א ה ו י

genda

genda erat. Itaq; magis vſu loquentium, quàm prçceptis doctrinæ, ratio legendi, vel pronunciādi apud Hebrços olim conſeruabatur. quod non obſcure indicat B. Hieronymus in Epiſtola 126. quæ eſt ad Euagrium. Quapropter poſteriores Hebrçi, tum ad minuēdam difficultatem; tū etiam ne paulatim ſcientia linguç Hebraicç penitus interiret: quæ ipſi traditione maiorum, et vſu didicerant, ad artē reuocare conati ſunt, certis quibuſdam excogitatis punctis, quç vbique locum vocalium obtinerent. et quamquam non eſt omnino exploratum, quo primū tempore eiuſmodi puncta litteris Hebraicis addita fuerint: tamen probabilis eſt ſententia Heliæ Leuitæ Germani, qui in præfatione Maſſoreth affirmat id factum eſſe apud Tiberiadem Paleſtinæ ann. 436. ab euerſione templi, ideſt, anno ſalutis noſtræ 476.

Sunt igitur puncta decem, pro longis vocalibus quinque, et quinque pro breuibus, quorum characteres, poteſtatem, nomina, et ſignificationes ſubiecta tabella indicabit.

Tabula

Tabula punctorum uocalium.

Fig.	Poteſtas.	Nomen.	Significatio.	
ָ	a, longum	*Camèts* קָמֶץ	Dicit à verbo * *kamàts*, quod eſt colligere: quia collecto ore obſcurè pronunciatur, ſono quodam medio inter a, & o.	* קָמַץ
ַ	a, breue	*Pàthabh* פַּתַח	Dicit à verbo * *Pàthabh* quod eſt aperire: quia aperto ore clariſſime pronunciatur, plane, vt a, latinum.	* פָּתַח
ֵ	e, longum	*Tſerè* צֵירֵי	A verbo * *Tsùr*, quod eſt coarctare: quia proferri debet obſcurè, vt e, Italicum in vocibus, pena, & penna.	* צוּר
ֶ	e, breue	*Segòl* סֶגוֹל	A nomine Chaldęo * *Segulà*, quod botrum ſignificat: quia eius formam imitari videtur. profertur autem clare, vt, e, latinum in voce penna.	* סְגוּלָא
ִי	i, longum	*Hhirìk gadòl* חִירִיק גָּדוֹל	*Hhirik* magnū, a ſono, quem edit nomen accepiſſe videtur.	

Fig.	Poteſtas.	Nomen.	Significatio.
ִ	i, breue	*Hbirìk Katòn* חִירִק קָטוֹן	*Hbirìk* paruum. ſimiliter à ſono nomen accepit.
וֹ ֹ	o, longum	*Hbòlem* חוֹלֶם	A ſono, quē efficit priore ſyllaba, nomen habet.
* חֲטַף ֳ	o, breue	*Kamèts bhatèph* קָמֵץ חָטֵף	*Kamèts* raptum, nam **Hbatàph* rapere ſignificat.
וּ	u, longum	*Shurèk* שׁוּרֶק	A ſono, quem edit priore ſyllaba: profertur autem vt, u, magnum Italicum, & Germanicum.
* קִבֵּץ ֻ	u, breue	*Kibbùts* קִבּוּץ	A verbo * *Kabàts*, quod eſt congregare: quia labijs collectis effertur, vt, u, Gallicum.

Quo

Quo pacto litteræ cum punctis syllabam efficiant, subiecta exempla docebunt.

ba	ba	bhe	bhe	bhi	bhi	bo	bo	bo	bu	bu
בָּ	בַּ	בֵּ	בֶּ	בִּי	בִּ	בּוֹ	בֹּ	בָּ	בּוּ	בֻּ
da	dha	dhe	de	dhi	dhi	dho	dho	dho	dhu	dhu
דָּ	דַ	דֵ	דֶּ	דִי	דִ	דוֹ	דֹ	דָ	דוּ	דֻ
ha	ha	he	he	hi	hi	ho	ho	ho	hu	hu
הָ	הַ	הֵ	הֶ	הִי	הִ	הוֹ	הֹ	הָ	הוּ	הֻ

Obseruationes circa lectionem.

1 OBserua omnia puncta subscribi litteris cõsonantibus, exceptis hhirik magno, hhòlem, & shurèk, quę ad latus scribi debent.

2 Obserua * *Hhòlem* dupliciter notari, vno modo cum littera vau, altero modo sine vau, & tunc punctum notari supra consonantem, cum qua facit syllabam, non in medio, sed ad latus sinistrum, vt distinguatur ab accentu reuia, de quo infra dicemus. * בֹ בוֹ

3 Obserua *Kamèts hhatùph*, sæpissimè scribi sine illis duobus punctis additis ad * בָ בָֽ

Kamèts, ita vt figura non diſtinguatur à Kamèts longa vocali. Vt ergo poſſit intelligi quando eiuſmodi punctum ſit Kamèts, & quando Kamèts hhatùph, hæ regulæ obſeruandæ ſunt.

Prima, Si in ſyllaba, in qua eſt punctū, ָ ſit aliquis accentus; illud punctum eſt *Kamèts*, a, longum: non *Kamèts hhatùph*, o, breue. Secunda, Si nullum habeat accentum, ſemper eſt, a, longum: niſi in tribus caſibus. Si immediate ſequatur in eadem dictione littera habens daghèsh, ideſt punctum in medio; aut ſub ſe sheuà, ideſt duo puncta perpendiculariter, vt *a*
a כָּלֻּ *collù*, finitæ ſunt, non *callù*; *b Hhochmà*, ſa-
b חָכְמָה pientia, nō *Hhachmà*. 2. Si punctū ָ ſit in fine dictionis, & vltima littera illius dictio-
א ה nis non ſit *Aleph*, vel *hè*; ſi illa dictio coniungitur cum ſequente dictione accentu, qui appellatur *Makkàph*, qui eſt linea coniungens vnam dictionem cum altera.
c כָּל־אֶרֶץ illud eſt Kamèts hhatùph, vt *c col-èrets* omnis terra, non *cal-èrets*. Si punctum ָ ſit in fine dictionis, quæ non ſit nomē, ſed
d וַיָּקָם verbū, *d Vaijàkom*, & ſurrexit, non *Vaijàkam*. ad dignoſcendum autē, an dictio ſit verbum oportet noſſe rationē coniugādi.

4 Obſer-

4 Obſerua in pronunciatione litterarum, cum ſuis punctis, prius ſonare, & audiri debere litteram, quam punctum litteræ ſubiectum. non enim dicimus *e ab*, ſed *ba*. excipiuntur tamen duæ litteræ gutturales *f hheth*, & *g bhhàjin*, quando in fine dictionis exiſtentes ſub ſe habent pàthahh. tunc enim prius proferri debet punctum, quam littera. Itaque dicemus *h Iehosbùabhh*, non *Iehosbùhhha*; *i Mashìabh*, non *Mashìbha*. Idem accidit litteræ *k hè* cum habet punctum in ventre: dicimus enim *l Elòah*, non *Elòha*. Præterea punctum *m shurèk* in principio dictionis (quod dicitur copulatiuum, quia ſignificat copulam, Et,) ipſum legitur ante omnem conſonantem, vt *n Vlchì*, & veni.

e בַ
f ח
g ע
h יְהוֹשֻׁעַ
i מָשִׁיחַ
k הּ
l אֱלֹהַּ
m וּ
n וּלְכִי

DE SEMIPVNCTIS, Cap. III.

PRæter illa decem puncta, quæ locum obtinēt vocalium tàm longarum, quàm breuium; ſunt alia tria puncta, quæ breuiſſimarum vocalium vices gerant, nimirum *a Sheuà*, *b Hbatèph*

a שְׁוָא vel שְׁבָא
b חָטֵף

פַּתַח *pàthabb*, & c *Hbatèph segòl*, : de quibus
• חָטֵף ordine dicemus.

סֶגוֹל Sheuà constituitur ex duobus punctulis vno super aliud perpendiculariter posito, hoc modo, *d* : , Quod quidem interdum quiescit, interdum sonat. Quando quiescit, nullum sonum exhibet auribus, neq; syllabam constituit, sed potius trahit litteram sibi superpositam ad precedentē, vt cum ea syllabā componat, vt cum dicimus *e limdù* discite, non *limedù*.

Quando sonat, idem valet, quod, e, breuissimū : & tunc syllabam constituit cum sua littera consonante ad morem aliarum vocalium, vt cū dicimus *f deuàr* verbū.

Ad internoscendum autē quando sheuà sonet, & quando quiescat, hę regulæ seruandæ sunt. Prima, Sheuà in initio dictionis semper pronunciatur, vt *g lemòd* disce, non *lmòd*. Secunda, In fine dictionis nunquam pronunciatur, vt *b vajjèst*, & bibit, non *vajjèste*. Tertia, In medio dictionis pronunciatur. 1. Si eadem littera bis ponatur, & prima habeat sub se sheuà, vt *i halelù*, laudate, non *hallù*; *k riueuàn*, non *riuuàn*. 2. Sub littera, quę habet punctum in ventre, vt *l limmedù*, docue-

Margin: ב *d*; לִמְדוּ *e*; דְּבַר *f*; לְמוֹד *g*; וַיֵּשְׁתְּ *b*; הַלְלוּ *i*; רִבְבָן *k*; לִמְּדוּ *l*

docuerunt,non *limmdù*. 3. Poſt alterum sheuà,vt *m jilmedù*,docebũt,non *jilmdù*. m יִלְמְדוּ
4 Poſt vocalem longam, vt *n lamedà*, didicit, non *lamdà*. Sunt autem hic duę exceptiones:Vna,quando duo sheuà ſunt in fine;tunc enim vtrumq; quieſcit,etiam ſi primum ſit poſt longam vocalem,& ſecundum ſit poſt alterum sheuà, vel ſub littera habente punctum in ventre, vt *o jèbbch*,flebit, non *jèbbeche*. Altera exceptio eſt, quando vocalis longa notata eſt accentu grãmatico : tunc enim sheuà ſequens quieſcit,vt *p lemòdna*,diſcite, non *lemòdena*. n לָמְדָה o יֵבְךְּ p לְמוֹ֯דְנָה

Hęc de sheuà ſimplici : nunc de compoſito,& punctis raptis dicamus.Hhatèph pàthahh,eſt punctumcompoſitũ ex sheuà, & pàthahh,hoc modo -: & ſonat, a, breuiſſimum. Hhatèph ſegòl, eſt punctum compoſitum ex sheuà,& ſegòl, hoc modo .˙.: & ſonat, e, breuiſſimum. בֲ בֱ

DE DAGHES, ET RAPHE. Cap. IIII.

SVperſunt adhuc alia duo puncta, quę etſi vocalium litterarũ munere nequaquam funguntur: ſuo modo tamen pronunciationem non
a דָּגֵשׁ parum iuuant. Ea ſunt *a Daghèsh*, &
b רָפֶה *b Raphè*. Daghèsh, eſt punctum in medio litterę impreſſum: cuius officium eſt vim quandam addere ipſi litterę. Eſt tamen duplex Daghèsh, lene, & forte. Lene roborat litteram: Forte duplicat.
c בַּיִת Exemplum lenis, *c beth*, domus, nõ *bheth*:
d שִׁבֵּר Exemplum fortis, *d shibbèr* confregit, nõ *shibèr*. Porrò Daghèsh forte inueniri poteſt in omnibus litteris, exceptis gutturalibus אהחע, & ר.

Daghèsh lene non reperitur niſi in his ſex litteris, בגד כפת: quia tamen etiam hę litterę daghèsh forte habere poſſunt: ideo, vt ſciamus vtrum daghèsh in his litteris infixum ſit forte, vel lene, hęc regula notanda eſt. In principio, & in fine dictionis nunquam eſt niſi daghèsh lene; & ſimiliter in medio poſt sheuà quieſcẽs.
e תִּזְכּוֹר Itaque in hac dictione *e tizcòr* recordaberis

beris, vtrumque daghèsh est lene: in hac vero *f dibbàrta* locutus es, primum est lene, secundum forte, tertium lene. f דִּבַּ֫רְתָּ

Raphè Hebraice, idest lene, est virgula quędam litterę suprascripta hoc modo *, quę linea significat litteram esse mollius pronunciandã, quàm si haberet daghèsh. Itaque litterę בגד כפת cum daghèsh leni pronunciãtur asperius, vt latinę litterę b, g, d, c, p, t. Si vero habeant raphè בֿגֿדֿ. כֿפֿתֿ pronunciantur lenius, vt bh, gh, dh, ch, ph, th. Est autem sciendum in plerisq; libris non exprimi istam virgulam raphè, tamen semper subintelligi, vbi nullũ est daghèsh. *בֿ

DE LITTERIS QVIESCENTIBVS.

Cap. V.

HAe quatuor litteræ, א ה ו י quiescentes dicuntur, quia interdum desinunt fungi officio consonantium, nullumque sonum edunt. Ergo

א Quiescit in medio, & in fine dictionis, cum nullum sub se punctum habet.

ה Solum quiescit in fine; nisi habeat

in medio, vel ſub ſe punctum, qui dicitur Mappìk, הּ ה.

ו Semper quieſcit in Hhòlē, & Shurèk.

י Quieſcit in *Hhirik*, ׅ, & poſt *Tſerè*, ‥, & *Segòl* ∴.

Quieſcit etiam poſt, *Kamèts*, ׸, & *Pàthahh* - in fine dictionis, ſi poſt jod in eadem ſyllaba ſit ו, vt in hac dictione יו, a *Deuaràu*, verba eius, non *Deuaràju*. Sonat etiam jod, licet ſit in Hhirik, quādo habet poſt ſe immediatè punctum, nulla alia mediante conſonante; & tunc intra jod ponitur punctū mappìk, vt b *Gophrÿoth*, ſulphura.

a דְּבָרָיו

b גָּפְרִיּוֹת

יו. In fine dictionis poſt kamèts, pàthahh, tſerè, & hhirik magnum, coaleſcit cū præcedente ſyllaba. & licet ſonare deberet, vt, v, conſonans: ſecundum tamen communem loquendi vſum ſonat, vt, v, vocalis in diphtongo latina, au, eu, etiam ſi intercedat jod quieſcens, vt c *Kàu*, linea, d *Deuaràu* verba eius, e *Shalèu* quietus, f *Piu* os eius.

c קָו

d דְּבָרָיו

e שָׁלֵו

f פִּיו

Iod in fine dictionis poſt Kamèts, pàthahh, Hhòlem, shurèk. coaleſcit cum prędcedente ſyllaba ſicut vocalis in diphthongo; & pronunciatur, vt, I, vocalis, vt

Ado-

g *Adonâi* Dominus,&c. Sed si post ׳ sequatur ו pronomen tertię personæ, jod quiescit post ׳, & ו coalescit in diphtongum vt supra de vau dictum est, vt *b Deuarâu* verba eius. g אֲדוֹנָי b דְּבָרָיו

DE ACCENTIBVS. Cap. VI.

ACcentus triplex, Rhetoricus, Grammaticus, Musicus, de quibus in lib. 2. dicetur. Nunc solum sciendū omnes fęre alias notas, quę in libris Hebraicis inueniuntur scriptę, de quibus hactenus non egimus, esse notas accentuum. Accentuum grammaticorum proprium acuere syllabam, quam afficiunt. cum vnus tantum accentus in aliqua dictione reperitur, ille semper est Grammaticus; cum plures, fere posterior Grammaticus.

SECVNDA PARS.

De Nomine.

SVnt apud Hebræos tres tantum orationis partes: Nomen, cũ quo pronomen coniungunt: Verbum, cui etiam participium annectunt: Dictio, per quã intelligunt omnes orationis partes indeclinabiles; præpositiones, coniunctiones, aduerbia, interiectiones. Nomini accidunt, Genus, Numerus, Casus, Regimen genitiui.

DE GENERE, AC NVMERO. Cap. I.



TRia sunt nominum Hebræorum genera, Masculinum, Fœmininum, et commune.

Fœminina sunt 1. Quę terminantur in ה precedente ָ, et accentu
צְדָקָה a in vltima, vt *a tsedhakà* Iustitia. 2. In, ת, præcedente ֶ, et accentu in penultima,
תִּפְאֶרֶת b vt *b Tiphèreth* pulchritudo. 3. in ת præcedente hhirìk, aut shurèk, et accentu in
גָּפְרִית c vltima, vt *c Gophrìth* sulphur, *d malcùth*
מַלְכוּת d regnum. reliqua fere, cuiuscunq; fuerint terminationis, generis erunt masculini.

Fœmi-

Fœminina plurimũ à masculinis formantur, adhibito ה præcedente ּ, & accentu in vltima, vt *e tòbb* bonus, *f tòbbà* bona. In his, & alijs, quæ dicentur, sunt multæ irregularitates, de quibus, & de genere communi lib. 2. — *e* טוֹב · *f* טוֹבָה

Numerus triplex, Singularis, Dualis, Pluralis. Pluralis in masculinis, fit à singulari, addito ים, vt à *g dauàr*, *h deuarìm*. in Fęmininis terminatis in ה, mutatur ה cum puncto pręcedente, in וֹת; vt à *i touà*, fit k *tobbòth*. in ijs vero quæ desinũt in ת, præcedẽte segòl, additur, וֹת; vt à *l kèsheth* arcus, fit *m keshathòth*. in ijs quæ desinunt in, ת, præcedente hhirìk, aut shurèk, mutatur vltima littera in, יוֹת; vt à *n gophrìth* fit, *o gophrijòth*, à *p malcùth*, regnum fit *q malcujòth*. — *g* דָּבָר · *h* דְּבָרִים · *i* טוֹבָה · K טוֹבוֹת · *l* קֶשֶׁת · *m* קְשָׁתוֹת · *n* גָּפְרִית · *o* גָּפְרִיּוֹת · *p* מַלְכוּת · *q* מַלְכֻיּוֹת

Dualis non differtà Plurali masculino, nisi quòd penultima littera in plurali est jòd quiescens in hhirìk, vt *r alaphìm* multa millia. in Duali autem est jòd mobile sub se habens hhirìk, pręcedẽte Pàthahh, vt *ſ alpàjim* duo millia. Dualis numerus accidit ijs, quę natura sunt gemina, vt oculi, manus. — *r* אֲלָפִים · *ſ* אַלְפַּיִם

DE

DE CASV.
Cap. II.

NOmina apud Hebręos dumtaxat variantur è maſculino genere in fęmininum; quod adiectiuorum proprium eſt: vel ex ſingulari in pluralem numerum, vt dictum eſt. Caſus non ex terminatione, ſed ex contextu, & interdum ex prępoſitis quibuſdam voculis cognoſcuntur. eæ ſunt,

ה, Quę deſeruire poteſt omnibus caſibus, vt *a haddabhàr*, verbum, verbi, &c.

a הַדָּבָר

ל Deſeruit genitiuo, datiuo, accuſatiuo *b ledhabbàr*.

b לְדָבָר

שֶׁל Rabinis eſt ſignum genitiui.

אֵת *c* Deſeruit accuſatiuo: interdum nominatiuo; datiuo, & ablatiuo, *d eth-dabhàr*.

c *Vid. Theſaurum Pagnini.*

d אֶת דָּבָר

מִן ablatiuo, *e middabhàr*, à verbo.

e מִדָּבָר

Alia, quę ad has particulas ſpectant, dicentur in lib. 2.

DE REGIMINE GENITIVI. Cap. III.

CVm duo ſubſtantiua ſunt ſimul, vltimum ſemper eſt in genitiuo: & prius, ſiue ſit in ſingulari, ſiue in plurali, dicitur regere ſecundum: & ideo appellatur Regimen. Genitiuus vero, qui regitur, dicitur Nomen coniunctum. Iam Regimen, ſi ſit ſingulare maſculinum, nihil mutat, niſi puncta longa in breuia, vt *a dabhàr* verbum, in regimine *b deuar Adonài* verbum Domini. Fœmininum mutat ה in ת, & ˉ in -, vt *c malcà* Regina *d malcàth mitſràjim* Regina Aegypti. Quę terminantur in ת nihil mutant.

a דָּבָר
b דְּבַר אֲדֹנָי
c מַלְכָּה
d מַלְכַּת מִצְרַיִם

Si Regimen ſit plurale, in fœmininis nihil mutat; in maſculinis aufert ם finale, & mutat hhirìk in ‥, poſt quòd jod ſequens quieſcit, vt à *e ſarìm* fit *f ſarè*. In duali eodem modo aufert, ם et hhirìk, et mutat - in ‥, vt à *g hhhenàjim*, fit *h hhhenè*.

e שָׂרִים
f שָׂרֵי
g עֵינַיִם
h עֵינֵי

DE PRONOMINE.
Cap. IIII.

QVatuor sunt Hebręis pronomina, Primitiuum, Deriuatiuum, seu Possessiuum; Demonstratiuum, et Relatiuum.

Pronomen Primitiuum integrum est illud, quod habetur in nominatiuo: quo etiam vtimur pro vocatiuo. ob idque pronomen primitiuum potest appellari Pronomen separatum. Pro reliquis casibus fit quędam compositio ex *a* particulis, de quibus dictum est supra cap. 2. et vltimis litteris pronominis, vt ex sequenti tabella intelligi potest. In qua obserua; ad facilitatem memorię, punctum connexiuum, idest punctum, per quem coniunguntur vltimæ litteræ particularum cum litteris pronominis. fere enim in omnibus casibus est idem: vt in obliquis prima persona singularis est hhirik; in secunda masculina sheuà, sed in Genitiuo Kamèts; in secunda fęminina Kamèts, nisi in ablatiuo, in quo est tserè; in tertia masculina hhòlem; in tertia fęminina kamèts.

a שֶׁל
ל
אות
מִן

Obserua

Obſerua etiam litteras, quę affiguntur illis particulis; quę litteræ appellantur Pronomẽ affixum in Pronomine Deriuatiuo, de quo paullo poſt agetur. Litteræ ergo, quæ affiguntur, ſunt in pronomine ſingulari, In prima perſona jòd, in ſecunda maſculina ךָ, præter quam in Genitiuo; in ſecunda fœminina ךְ, in tertia maſculina ו, in tertia fœminina ה, quę littera in ablatiuo non habet mappik, הּ.

In obliquis numeri pluralis punctum connexiuum fere eſt ׳, Affixa ſunt, in prima perſona, נוּ; in ſecunda maſculina כֶם; in ſecunda fœminina כֶן; in tertia maſculina, הֶם, in tertia fœminina הֶן. Ablatiuus ſingularis tertiæ perſonę maſculinę, et ablatiuus pluralis primę perſonę, habent eandem vocẽ* *Mimmènnu*. Alia, quæ ſpectant ad pronomina, lege in lib.2.par.2.cap.7.

* מִמֶּנּוּ

Pronomen Primitiuum singulare.

Ablatiuus.	*Accusatiuus*	*Datiuus.*	*Genitiuus.*	*Nominatiuus.*	
מִמֶּנִּי	אוֹתִי	לִי	שֶׁלִּי	אֲנִי	Ego communis generis.
מִמְּךָ	אוֹתְךָ	לְךָ	שֶׁלְּךָ	אַתָּה	Tu masculini generis.
מִמֵּךְ	אוֹתָךְ	לָךְ	שֶׁלָּךְ	אַתְּ	Tu fœminini generis.
מִמֶּנּוּ	אוֹתוֹ	לוֹ	שֶׁלּוֹ	הוּא	Ipse masculini generis.
מִמֶּנָּה	אוֹתָהּ	לָהּ	שֶׁלָּהּ	הִיא	Ipsa fœminini generis.

Pronomen Primitiuum Plurale.

Ablatiuus.	Accusatiuus.	Datiuus.	Genitiuus.	Nominatiuus.	
מִמֶּנּוּ	אוֹתָנוּ	לָנוּ	שֶׁלָּנוּ	אָנוּ	Nos communis generis.
מִכֶּם	אֶתְכֶם	לָכֶם	שֶׁלָּכֶם	אַתֶּם	Vos mascul.
מִכֶּן	אֶתְכֶן	לָכֶן	שֶׁלָּכֶן	אַתֶּן	Vos femin.
מֵהֶם	אֶתְהֶם vel אוֹתָם	לָהֶם	שֶׁלָּהֶם	הֵם	Ipsi mascul.
מֵהֶן	אֶתְהֶן vel אוֹתָן	לָהֶן	שֶׁלָּהֶן	הֵן	Ipsę femin.

De Pronomine possessiuo, seu affixo.

PRonomen affixum est, quod affigitur nomini; & relationem, aut possessionem significat. Fit ergo quædam compositio ex nomine, & litteris pronominum primitiuorum. in qua compositione nomen mutare solet puncta, quæ habebat cum erat absolutum, seu non coniunctum cum pronomine. * Qua vero ratione puncta mutanda sint, non est nunc curandum à Tyronibus, ne offundantur: obseruanda tamen sunt ad apprehendendum hæc pronomina cũ facilitate maiore, puncta connexiua nominis cum pronomine, & litteræ pronominum, quæ affiguntur nomini. Puncta connexiua, cum nomen est singulare, sunt eadem, quæ in casibus accusatiuis pronominis primitiui. Sed in affixo nominis singularis cũ pronomine singulari secundæ personæ fęmininæ, punctum connexiuum non est ˙, vt in accusatiuo primitiui; sed, ¨, vt in ablatiuo primitiui. Cum nomen est plurale, vel duale, habet ante pronomen, quod ei affigitur, litteram

* Leg. infra lib. 1. p. 4. c. 2. & lib. 2 p. 1. c. 7.

jòdh:

jòdh: quæ, cum affixum eſt plurale, quieſcit poſt tſerè: cum autem affixum eſt ſingulare, modo ſonat, modo quieſcit, & magnam habet varietatem; quæ in ſubiecta tabella eſt diligenter obſeruanda. Litteræ autem pronominum, quæ affiguntur, eędem ſunt, quæ in accuſatiuis primitiuorum. Tyroni autem diligens ſtudium adhibendum in pronominibus apprehendendis; quia eorum vſus in lingua Hebraica eſt valde frequens. Porrò nomen aut eſt ſingulare, aut plurale; item affixum aut ſingulare, aut plurale. Quare exiſtit quadruplex combinatio nominis cum affixo, vt in ſequenti tabella apparet.

Nomen singulare cum affixo singulari.

Verbum eius F.	*Verbum eius M.*	*Verbum tuum F.*	*Verbum tuum M.*	*Verbum meum.*
דְּבָרָהּ	דְּבָרוֹ	דְּבָרֵךְ	דְּבָרְךָ	דְּבָרִי

Nomen plurale cum affixo singulari.

Verba eius F.	*Verba eius M.*	*Verba tua F.*	*Verba tua M.*	*Verba mea.*
דְּבָרֶיהָ	דְּבָרָיו	דְּבָרַיִךְ	דְּבָרֶיךָ	דְּבָרַי

Nomen singulare cum affixo plurali.

Verbum earum.	*Verbum eorum.*	*Verbum vestrū F.*	*Verbum vestrū M.*	*Verbum nostrum*
דְּבָרָן	דְּבָרָם	דְּבַרְכֶן	דְּבַרְכֶם	דְּבָרֵנוּ

Nomen plurale cum affixo plurali.

Verba earum.	*Verba eorum.*	*Verba vestra F.*	*Verba vestra M.*	*Verba nostra.*
דִּבְרֵיהֶ	דִּבְרֵיהֶם	דִּבְרֵיכֶן	דִּבְרֵיכֶם	דְּבָרֵינוּ

Prono-

Pronomen Demonstratiuum, Relatiuum, Interrogatiuum.

DEmonstratiuũ pronomen numeri singularis masculini generis est *a zè* hic, iste; fęminini generis, *b zò, zòh, zòth*, hęc, ista; communis generis, *c zù* hic, & hęc. In numero autem plurali vtriusque generis, *d èl* & *e èlle* isti, & istę.

Relatiuum pronomen extra interrogationem, est *f ashèr* vtriusque generis, & numeri: significat enim, qui, quæ, quos, quas, cuius, cui, quorum, quarum, quibus, etc. et loco huius sæpè ponitur sola littera *g schin* cum puncto segol.

Interrogatiua sunt *h mì, mà, mà, mè*, quorum primũ dicitur solum de homine, vt *i mì attà benì*, quis tu fili mi? reliqua tria dicuntur de omnibus rebus excepto homine, vt k *mè mishpàt haìsh*, quod iudicium, siue quis habitus illius viri? Est autem obseruandum, quando post *l mì*, vel *m mà* sequitur aliud relatiuum, tunc ipsum *n mì*, vel *o mà*, non sonare quis vel quid; sed is, vel id; vt *p ma shehajà*, id quod fuit.

a זֶה
b זוֹ זֹה זֹאת
c זוּ
d אֵל
e אֵלֶּה
f אֲשֶׁר
g שֶׁ
h מִי מָה מַה מֶה
i מִי אַתָּה בְנִי
k מֶה מִשְׁפַּט הָאִישׁ
l מִי m מָה
n מִי o מָה
p מַה שֶׁהָיָה

TERTIA PARS.

De Verbo.

VErbo accidunt, Modus, Tempus, Persona, Genus, Numerus, Figura, Coniugatio.

DE MODO, ET TEMPORE.

Cap. I.



Odos, Hebræi habent duos separatim, et per se, Infinitiuum, et Imperatiuũ. Tempora quatuor, Pręteritum, Benonì, Paùl, et Futurum. Præteritum, et Futurum, pro loci exigentia, modo per Indicatiuum, modo per Optatiuum, modo per Subiunctiuũ, vertendum est. et Præteritum nunc perfectum, nunc imperfectum, nunc plusquamperfectum tempus designat. Apud Hebræos nullum est verbum præsentis temporis: sed illud modo explicant per pręteritum, modo per futurum; plurimũ per Benonì circumloqui illud solent. Benonì est Participium præsentis temporis. quare dicunt, Ego visitans, pro, Ego visito. Paùl, est Participium passiuum, siue pręte-

prętcritum: quo ſignificatur aliquid prę-terito tẽpore factum, quod tamen adhuc permaneat, et ſubſiſtat. Ordo autem horum id, eſt, Pręteritum, Benonì, Paùl, Infinitiuum, Imperatiuum, Futurum. Incipiũt à Pręterito, tum quod ordine naturę pręcedat reliqua tempora; tum quod in eo contineatur thema, ſiue radix ipſa, vnde formantur cętere omnes voces reliquorum temporum. Ex Infinitiuo gerundium formant auxilio quatuor litterarũ ב כ ל ם vt infra videbimus. Futuri vſus eſt apud Hebræos frequentiſſimus. Sæpè pro Pręterito perfecto accipitur, pręſertim apud Prophetas: interdum pro pręſenti, quando continuatio quędam actionis indicatur, vt Ecel. 1. Quid habet homo amplius in omni labore ſuo, quo laborat ſub ſole? habetur in textu Hebr. quo laborabit * *Shejahhhamòl*. non raro vſurpatur pro Imperatiuo, vt Gen. 1. * *Iehì òr*, ſit lux: quia caret tertia perſona Imperatiuus apud Hebręos.

*שֶׁיַּעֲמוֹל

*יְהִי אוֹר

DE PERSONA, GENERE, NVMERO, Figura. Cap. II.

PErsonæ tres, prima, ſecunda, tertia. In prçterito incipiunt à tertia Perſona ad ſecundam, & primam. In futuro à prima ad tertiam, et ſecundam.

Genus triplex, Commune, Maſculinũ, Fœmininum. Prima Perſona ſemper eſt communis generis. ſæpiſſime ex verbo cognoſcitur cuius generis ſit nomen, quod cum eo coniungitur.

Numeri verborum ſunt tantum duo, ſingularis, et pluralis.

Figuræ duç, altera ſimplex, altera cum affixo, ſeu pronomine compoſita.

DE CONIVGATIONE. Cap. III.

VErbum Hebrçi octo modis variare ſolent, qui modi coniugationes appellantur. quamquam, quia idem eſt verbum, eadẽ terminationis ratio in cuiuſque coniugationis temporibus, poſſunt omnes octo modi vna coniugatio nominari.

Prima

Prima coniugatio dicitur *a* *Pahhhàl*, פָּעַל a
el *b* *Kàl*. *Pahhhàl* dicitur ab antiquo pa- קַל b
adigmate, quomodo si Latini primã cõ-
ıgationẽ appellarẽt Amo, & Greci τύπτω.
linc etiam Hebræi ex primis litteris the-
natis primam vocant פּ *Pe*, secundam ע
Ajin, tertiam ל *Làmedh*. Dicitur etiam
ıæc coniugatio Kàl, ideſt lenis, & expedi-
a: quod præter litteras thematis, nullam
liam litteram, vel punctum adſciſcat, vt
Pakàdh, viſitauit. Thema, ſiue radix di- פָּקַד c
iturilla primaria dictio, à qua adiectis,
ut detractis litteris, vel ſyllabis, vel muta-
is punctis, formantur perſonæ, numeri,
;enera, tẽpora, participia, nomina, & cę-
era huiuſmodi, quibus dictionẽ à dictio-
ıe diſcernimus. Iam coniugatio Kàl ad-
nittit verba tum tranſitiua, ideſt, quorum
ctio tranſit in alium, vt viſito; tum neu-
ra, ſeu intranſitiua, ideſt quorum actio
ıon tranſit in alium, vt ſto.

Secunda *d* *Niphàl*. (litteras פּ, & ע, in נִפְעַל d
iis coniugationibus nominãdis, deinceps
fferemus latinis litteris, vt ab alijs effer-
i ſolẽt per, ph, vt Niphàl, pro Niphhhhàl;
: pronunciationem litteræ Ajin interdũ
mnino relinquemus.) Eſt paſſiuæ ſigni-

ficatio-

ficationis. Formatur à Kàl, præposita
primæ thematis, נ, littera, affecta hhirì
sequente sheuà quiescente sub prima
e נִפְקַד thematis, vt *e niphkàdh* visitatus fuit.

Tertia Pihèl. habet sub prima thema-
tis hhirìk, in secunda daghèsh forte cum
f פִּקֵּד vt *f pikkèdh*. Continet verba transitiua
quæ nō reperiuntur in Kàl, et quæ in K
g הָלַךְ erāt neutra, hìc sunt trāsitiua, vt *g halàc*
h הִלֵּךְ ambulauit, *h hillèch* deduxit. & quæ i
Kàl sunt actiua, hìc vehementiorem sign
i שָׁבַר ficationem habent, vt *i shabhàr* fregit
k שִׁבֵּר k *shibbèr* confregit.

* פֻּעַל Quarta * P*uhàl.* est coniugatio passiu
respondens actiuæ præcedenti. Habet su
prima ‌ֻ, in secunda daghèsh cum ‌ַ, v
l פֻּקַּד *l pukkàdh*.

m פּוֹעֵל Quinta *m Poèl*. semper habet, ו quie
scens post primā thematis, sub secunda
n פּוֹקֵד vt *n Pokèdh*. Continet verba communi
idest quæ nunc actiuam, nunc passiua
habent significationem.

o הִפְעִיל Sexta *o Hiphil*. Ante primā themat
habet ה affectum hhirìk. in prima sheu
quiescens. in secunda hhirìk magnum
Eius verba propriè significant actione
transitiuam in tertium, seu actionē trans

tiuam

uam altero suasore, & auctore, seu transitiuam per aliud, vt per causam secundariam, vt *p hiphkìdh* visitare fecit. *p* הִפְקִיד
Septima *q Hophàl*. respōdet actiuæ precedenti. sub ה, quod est ante primam thematis, habet ֳ, in prima sheuà, in secunda pàthahh, vt *r hophkàdh* impulsus fuit visitare. *q* הָפְעַל *r* הָפְקַד
Octaua *s Hithpaèl*, vel *t Hithpoèl*. Ante primam litteram habet syllabam הִת, sub prima ִ, sub secunda ַ, & Daghèsh in ventre; vel ו, & sine Daghèsh, vt *u hitphakkèdh*, vel *x hithpokèdh*. significat actionem reciprocam in seipsum, & intrāsitiuam, seipsum visitauit. idcirco nulla est passiua coniugatio huic respondens. *s* הִתְפַּעֵל *t* הִתְפּוֹעֵל *u* הִתְפַּקֵּד *x* הִתְפּוֹקֵד
Porro verba, alia perfecta, alia imperfecta. Perfecta dicuntur, quæ solum tres litteras habent in themate, & ex ijs nulla excidit inter coniugandum. Imperfecta, quę vel constant pluribus, quam tribus litteris, aut ex tribus inter coniugandum aliquam amittunt.

DE VERBO PERFECTO.
Cap. IIII.

QVia omnes octo coniugation
eundem fere habent modum i
flexionis, præsertim in termin
tione: ad maiorem discentiu
facilitatem, vt facile possint differentia
inter vnam, & alteram coniugationẽ d
gnoscere; distinguemus Paradigmata si
gulorum temporum, & sub cuiusq; tem
poris Paradigmate ponemus voces om
nium octo coniugationum. Sumimus a
a לָמַד tem Paradigmata à verbo *a lamadh*, did
cit: quia tres litteræ huius thematis no
afferunt inter coniugandum varietate
neque pronunciationis, neq; punctorun
de qua varietate non agimus in hoc pr
mo rudimentorum libro, ne tyrones pra
ceptorum multitudine offundantur.

Para-

Paradigma Prȩteriti.

In Kàl.

Numerus singularis.

Didicit, & Docuit.	לָמְדָה	לָמַד	Tertia persona masculina.
Didicisti	לָמַדְתְּ	לָמַדְתָּ	Secunda persona masculina.
Didici		לָמַדְתִּי	Prima persona communis.

Numerus pluralis.

Didicerunt		לָמְדוּ	Tertia persona communis.
Didicistis	לְמַדְתֶּן	לְמַדְתֶּם	Secunda masculina.
Didicimus		לָמַדְנוּ	Prima communis.

In reliquis coniugationibus.

Pual	Piel	Niphàl
לֻמַּד	לִמֵּד	נִלְמַד
diligenter doctus est.	diligenter docuit.	doctus est.
Hophàl	**Hiphìl**	**Poèl**
הָלְמַד	הִלְמִיד	לוֹמֵד
Docere factus est.	Docere fecit.	Docuit, & doctus est.

Hithpaèl.

הִתְלַמֵּד

vel

הִתְלוֹמֵד

Docuit seipsum.

1. Ad facilius retinendum hoc Paradigma, obſerua in prima voce coniugationis Kàl eſſe ſub prima thematis, ideſt, ſub ל, punctum ּ ; & ſub ſecunda thematis מ, eſſe punctum ־ ,quæ puncta ſeruantur in omnibus perſonis, & in vtroq; numero, prçterquam in ſecunda plurali vtriuſque generis, vbi ſub prima thematis eſt sheuà loco Kamèts: & in tertia ſingulari fœminina, vbi ſub ſecunda thematis eſt sheuà.

2 Obſerua à tertia perſona ſingularis numeri maſculini generis formari tertiam perſonam ſingularis numeri fœminini generis per ſolam additionem litterç ה ; prçcedente ּ ,& accentu in vltima; vt accidit in nominibus fœmininis: reliquas autem perſonas vtriuſque generis, & numeri formari ab eadem per additionem pronominum affixorum, vt in paradigmate apparet: quamquam hoc loco non habent pronominum ſignificationẽ; ſed ſolum notç ſunt perſonarum, generum, & numerorum.

3 Obſerua in reliquis coniugationibus prçteritum eodẽ modo ſe habere quo ad inflexionem, quo in Kàl; prçter tertiam

ſingu-

ſingularem maſculinam, quę variatur eo modo, quem paulo ante poſuimus, & prę- ter punctum, quod eſt ſub prima radicali, quod ſemper in omni perſona, & nume- ro manet inuariatum, quod non contin- git in kàl. * Vide in margine exemplum in Niphàl. Excipitur etiam in Hiphil tertia ſingularis fœminina, & tertia pluralis, quę quo ad inflexionem non ſe habent, vt in Kàl, ſed poſt ſecundam radicalem ſeruant hhirik magnum tertię ſingularis, cum accentu in penultima, hoc modo:

* נִלְמַד
נִלְמְדָה
נִלְמַדְתָּ
נִלְמַדְתְּ
&c.

הִלְמִידָה . הִלְמִידוּ . הִלְמִידָה

Paradigma Benonì.

In Kal.

Pluralis.	*Singularis.*
לוֹמְדִים	Diſcens לוֹמֵד M.
לוֹמְדוֹת	לוֹמְדָה vel לוֹמֶדֶת F.

In Niphàl.

נִלְמָדִים	נִלְמָד M.
נִלְמָדוֹת	נִלְמָדָה vel נִלְמֶדֶת F.

In Pièl.

מְלַמְּדִים	מְלַמֵּד M.
מְלַמְּדוֹת	מְלַמְּדָה vel מְלַמֶּדֶת F.

In Pual.

M. לֻמָּד — לֻמָּדִים

F. לֻמָּדָה vel לֻמֶּדֶת — לֻמָּדוֹת

In Poël.

M. מְלוֹמָד — מְלוֹמָדִים

F. מְלוֹמָדָה vel מְלוֹמֶדֶת — מוֹמָדוֹת

In Hiphil.

M. מַלְמִיד — מַלְמִידִים

F. מַלְמִידָה vel מַלְמֶדֶת — מַלְמִידוֹת

In Hophal.

M. חָלְמָד — הָלְמָדִים

F. הָלְמָדָה vel הָלְמֶדֶת — הָלְמָדוֹת

In Hithpaël.

M. מִתְלַמֵּד — מִתְלַמְּדִים

F. כִתְלַמְּדָה vel מִתְלַמֶּדֶת — מִתְלַמְּדוֹת

Circa Participium Nota 1. Participia non coniugari, sed declinari more nominum, & idcircò carere personis.

Nota

Nota 2. In coniugationibus passiuis eandem esse primam vocem Benonì, ac preteriti: nisi quod in preterito vltimum punctum est pàthahh, in Benonì kamèts.

Nota 3. Ad participia coniugationum actiuarum, excepta Kàl; & ad participia coniugationum Poèl, & Hithpaèl, quę actiuam significationem habent, non solũ passiuam; addi litteram מ; & in participijs coniugationum Hiphìl, & Hithpaèl, abijci litteram ה, figuratiuam illarum. In Benonì autem punctum sub מ, in Pièl, & Poèl, est sheuà; in Hiphìl pàthahh; in Hithpaèl hhirìk paruum.

4. Obserua puncta, quæ sunt in prima littera thematis. In Kàl est ֹ hhòlem; in Niphàl sheuà quiescens, vt in præterito; in Pièl pàthahh, quod habetur in ea coniugatione in omnibus temporibus, preterquàm in præterito, vbi est hhirìk paruum; & in Paùl, vbi est Kibbùts; in Hiphìl, & Hophàl in tota coniugatione sheuà quiescens; in Poèl ו hhòlem cum vàu quiescente, quod habetur in prima thematis in tota ea coniugatione, excepto Paùl; in Hithpaèl, in tota coniugatione pàthahh.

Paradigma Paul.

In Kàl.

Pluralis.	*Singularis.*
לְמוּדִים	Doctus לָמוּד M.
לְמוּדוֹת	לְמוּדָה F.

In Pièl.

מְלַמְּדִים	מְלַמֵּד
מְלַמְּדוֹת	מְלַמְּדָה vel מְלַמֶּדֶת

In Poèl.

מְלוֹמְדִים	מְלוֹמֵד
מְלוֹמְדוֹת	מְלוֹמְדָה

In Hiphil.

מְלַמְּדִים	מְלַמֵּד
מְלַמְּדוֹת	מְלַמְּדָה vel מְלַמֶּדֶת

Obſerua 1. In omnibus paſſiuis coniugationibus, ideſt, Niphàl, Puàl, Hophàl, Hithpaèl, deſiderari participium præteritum, ſiue paſſiuum: nam & illud habetur in coniugationibus actiuis, & ipſum Benonì in coniugationibus paſſiuis habet ſignificationem paſſiuam.

Obſer-

2. Obſerua ſub prima thematis in kàl eſſe kamèts, in Pièl kibbùts, in Poèl shurèk, in Hiphìl sheuà quieſcens.

3. Obſerua ſub מ ſeruili, ſeu figuratiua participiorum, in Pièl, & Poèl, eſſe sheuà, in Hiphìl kibbùts.

Paradigma Infinitiui.

In Niphàl.		In Kàl.
הִלָּמֵד	Diſcere vel Docere	לְמֹד vel לְמוֹד
In Puàl.		**In Pièl.**
לֻמּוֹד		לַמֵּד

In Poèl.

לוֹמֵד

In Hophàl.	In Hiphìl.
הָלְמֵד	הַלְמֵד

In Hithpaèl.

הִתְלַמֵּד

1 PVnctum ſub prima thematis in kàl eſt sheuà, vel kamèts. In Niphàl eſt Kamèts, & prima thematis accipit da-

ghèsh forte; quia ante ipsam ponitur ה cum hhirik paruo; post quam litteram si retineretur littera Nùn figuratiua coniugationis Niphàl, redderetur pronunciatio insuauis. vt ergo reddatur dulcior, suppletur Nùn per daghèsh forte, duplicando primam thematis. In Pièl, & Hithpaèl est pàthahh; in Puàl kibbùts; in Poèl hhòlem; in Hiphìl, & Hophàl sheuà.

2. Punctũ sub secunda thematis in Kàl, & Puàl, est hhòlem ֹ, in cęteris est tserè ֵ.

3. Ex infinitiuo formantur Gerundia, prępositis his quatuor litteris ב כ ל מ: ex quibus primę tres debent habere sub se sheuà, nisi sequatur alterum sheuà: quia tunc habent hhirìk paruum. littera autem מ habet hhirìk paruum sequente daghèsh: quia non est sola littera מ, quę format gerundium, sed integra prępositio מִן, ex qua propter euphoniam abijcitur littera נ, & loco eius ponitur daghèsh in sequenti: & si ea fuerit gutturalis, mutatur punctum breue hhirìk in tserè punctum longum; vt obseruare poteris in sequentibus duobus exemplis.

In Niphàl.		In Kàl.
בְּהִלָּמֵד	In discendo	בִּלְמוֹד
כְּהִלָּמֵד	cum discerem	כִּלְמוֹד
לְהִלָּמֵד	ad discendum	לִלְמוֹד
מֵהִלָּמֵד	à discendo	מִלְמוֹד

Paradigma Imperatiui.

In Kàl.

Pluralis.			Singularis.	
Disci. te.	לִמְדוּ	Disce	לְמוֹד	M.
	לְמוֹדְנָה		לִמְדִי	F.

In Niphàl.

הִלָּמְדוּ	הִלָּמֵד
הִלָּמַדְנָה	הִלָּמְדִי

Hunc modum inflectendi Imperatiuũ, qui est in Niphal, sequuntur tres aliæ cõiugationes, Pièl, Pòèl, Hithpaèl: quarum primæ voces sunt, in Pièl, לַמֵּד, in Poèl, לוֹמֵד, in Hithpaèl הִתְלַמֵּד.

In Hiphil.

הַלְמִידוּ		הַלְמֵד .	M.
הַלְמֵדְנָה		הַלְמִידִי	F.

Puàl, & Hophàl carent Imperatiuo.

Obserua primas voces Imperatiui esse easdem cum vocibus Infinitiui.

Paradigma Futuri.

In Kal.

Numerus singularis

		Discam	אֶלְמוֹד	1. Persona cõis.
תִּלְמוֹד	3. Fœminina.	Discet	יִלְמוֹד	3. Masculina.
תִּלְמְדִי	2. Fœminina.	Disces	תִּלְמוֹד	2. Masculina.

Numerus Pluralis.

		Discemus	נִלְמוֹד	Prima cõis.
תִּלְמוֹדְנָה	3. & 2. Fęmina.	Discent	יִלְמְדוּ	3. Masculina.
Discent, & discetis.		Discetis	תִּלְמְדוּ	2. Masculina.

In alijs coniugationibus fere eodẽ modo se habet Futurum.

In Niphàl, אֶלָּמֵד, יִלָּמֵד, &c. In Pièl, אֲלַמֵּד, יְלַמֵּד, &c. In Puàl, אֲלֻמַּד, יְלֻמַּד, &c. In Poèl, אֲלוֹמֵד, יְלוֹמֵד, &c. In Hophàl, אָלְמַד, יָלְמַד, &c. In Hithpaèl, אֶתְלַמֵּד, יִתְלַמֵּד, &c.

In Hiphil.

Pluralis.	Singularis.
נַלְמִיד	אַלְמִיד
יַלְמִידוּ	יַלְמִיד תַּלְמִיד
תַּלְמֵדְנָה	
תַּלְמִידוּ	תַּלְמִיד תַּלְמִידִי

Circa Futurum nota, formari Futurum ab Imperatiuo additis quatuor litteris נ ת י א Quarum Aleph eſt ſignũ primę perſonę communis generis numeri ſingularis. Iòd eſt ſignũ tertię perſonę generis maſculini vtriuſq; numeri. Tau eſt ſignum ſecundę perſonę generis maſculini vtriuſque numeri, & omnium perſonarum generis fęminini. Nun eſt ſignum primę perſonę communis generis numeri pluralis.

Circa puncta harum quatuor litterarum obſerua, in cõiugatione Kàl, Niphàl, & Hithpaèl, ſub א eſſe ſegòl, ſub tribus alijs hhirik paruũ: in Pièl, Puàl, Poèl, ſub א eſſe hhatèph pàthahh, ſub tribus alijs sheuà: in Hiphil eſſe in omnibus quatuor illis litteris pàthahh: in Hophàl eſſè hhatèph kamèts.

Circa

Circa tertiam, & secundam personam fęmininam pluralem aduerte eam formari à tertia fęminina singulari, *a* addita syllaba נָה, vt in imperatiuo secunda fœminina pluralis formatur à secunda masculina singulari; *b* addita eadem syllaba נָה.

a תִלְמוֹד תִלְמוֹדְנָה

b לְמוֹד לְמוֹדְנָה

Circa Futurum, & alia tempora monemus in punctis sępe accidere varietatem, & esse quędam alia obseruanda, præsertim cum prima, aut secunda thematis est aliqua gutturalis. Sed de his pręceptis nō est in hoc libro agendum, ne tyronum mens perturbetur: ea reijcimus in lib. 2.

Monemus addiscendi cupidos, vt, si volunt coniugandi modum facilius apprehendere; ex supradictis temporum Paradigmatis colligant cuiusq; coniugationis tempora, eaq; seorsim describant, ac vnū integrum cuiusq; coniugationis Paradigma conficiant: vt nos exempli causa hoc in loco Paradigma formamus totius Kàl, atque id non solum in vno themate, sed etiam in pluribus experiantur; modo ab ijs thematibus abstineant, in quibus contingit esse aliquam gutturalem, donec secundi libri precepta prelegant.

Para-

Paradigma totius Kal

Imperatiuus.	*Paûl.*	*Præteritum.*
M. לְמוֹד	M. לָמוּד	S. לָמַד
לִמְדוּ	לְמוּדִים	לָמְדָה
F. לִמְדִי	F. לְמוּדָה	לָמַדְתָּ
לְמוֹדְנָה	לְמוּדוֹת	לָמַדְתְּ
Futurum.	*Infinitiuus.*	P. לָמְדוּ
S. אֶלְמוֹד	לָמוֹד vel	לְמַדְתֶּם
יִלְמוֹד	לְמוֹד	לְמַדְתֶּן
תִּלְמוֹד	*Gerundia.* בִּלְמוֹד	לָמַדְנוּ
תִּלְמוֹד	כִּלְמוֹד	Benoni.
תִּלְמְדִי	לִלְמוֹד	M. לוֹמֵד
P. נִלְמוֹד	מִלְּמוֹד	לוֹמְדִים
יִלְמְדוּ		F. לוֹמְדָה vel
תִּלְמְדוּ		לוֹמֶדֶת
תִּלְמוֹדְנָה		לוֹמְדוֹת

DE VERBIS DEFECTIVIS.

Cap. V.

VErba imperfecta ad quatuor classes reuocari possunt. quędam enim sunt defectiua, quę videlicet inter coniugandum aliquam litteram perdũt,& eius loco substituunt daghèsh. Quędam sunt quiescentia, ea nimirum, quę litteram aliquam inter coniugandum amittunt, & eius defectum longa motione compensant. Alia dicuntur composita, quòd ex defectiuis,& quiescentibus, vel ex vario genere quiescentiũ constẽt. Alia denique quatuor, vel quinque litterarum verba nominantur. quibus anomala quędam addi possunt. Ac vt à defectiuis incipiamus.

Verba defectiua tribus generibus continentur. sunt enim illa omnia defectiua, quę in prima thematis habent נ, & quę similiter in prima thematis habent jòd sequente littera צ,& quę habent tertiam thematis similem secundę.

Nunc singulorum generum exempla subij-

ſubijciemus, ac vt conſulatur breuitati, ea ſolum referentur in tabulas, quę diſcrepant à perfectis.

Ad retinendam rationem coniugandi verba imperfecta, aduertendum ea ferè eodem modo ſe habere, quo verba perfecta, dempta vna littera, aut aliquo puncto mutato. Porrò littera, quæ demitur, non omnem omninò ſonum ſemper amittit: ſed ſolet ſuppleri per daghès infixum in littera ſequenti: vt littera, quæ demitur, mutetur in ſonum litteræ ſequentis, quæ per daghès duplicatur. id autem accidit ob malum ſonum, quem alioquin redderet littera, quæ demitur, ſi non demeretur. quæ ratio boni ſoni, ſeu facilioris pronunciationis, ſi aduertatur, poterit quiſq; ex ſe coniugare multa verba ex imperfectis; modò calleat modũ coniugandi verba perfecta. Ipſa .n. pronunciatio, ne malũ ſonum edat, verget in verã rationẽ coniugandi verba imperfecta, etiamſi ea ratio non probe teneatur.

De Defectiuis quorum prima est, נ, & sequente צ.

HAec in preterito, & in participijs Kàl, & in infinitiuo, imperatiuo, & futuro Niphàl, & in toto Pihèl, Puhàl, & Hithpahèl, nihil differunt à perfectis. In reliquis, fere, vt facilior reddatur pronunciatio, ita se habent.

Paradigma in verbo נָגַשׁ *appropinquare.*

In Kàl.

Futurum.	*Imperatiuus.*	*Infinitiuus.*
אֶגַּשׁ S.	גְּשׁ vel גַּשׁ M.	גֶּשֶׁת
יִגַּשׁ	גְּשׁוּ	בְּגֶשֶׁת Ger.
תִּגַּשׁ	גְּשִׁי F.	כְּגֶשֶׁת
נִגַּשׁ P.	גְּשְׁנָה	לָגֶשֶׁת
&c.		מִגֶּשֶׁת

In Niphàl.

Benoni.		*Praeteritum.*
נִגָּשׁ	נִגְּשָׁה F.	נִגַּשׁ M.
נִגָּשִׁים	נִגֶּשֶׁת	נִגַּשְׁתָּ

In

In Hiphil.

Imperatiuus.	*Paul.*	*Præteritum.*
אַגִּישׁ	מֻגָּשׁ	הִגִּישׁ F. הִגִּישָׁה
יַגִּישׁ	*Infinitiuus.*	הִגַּשְׁתָּ הִגַּשְׁתְּ
תַּגִּישׁ	הַגֵּשׁ	&c.
&c.	*Imperatiuus.*	*Benoni.*
	הַגֵּשׁ	מַגִּישׁ

In Hophàl.

Futurum.	*Infinitiuus.*	*Præteritum.*
אֻגַּשׁ	הֻגֵּשׁ	הֻגַּשׁ

De Defectiuis duplicantium secundam.

HAec in Pihèl, Puhàl, Hithpahèl, & præterito passiuo Kàl, coniugantur more perfectorum. In alijs excidit secunda radicalis, & suppletur per Daghèsh in tertia radicali infixum, quando illa dictionem non terminat, hoc modo.

Paradigma in verbo סָבַב *circuire.*

In Kal.

Infinitivus.		Præteritum.
		S.
סוֹב	סַבָּה	סַב
Imperativus.	סַבּוֹת	סַבּוֹתָ
F. M.		
סוֹבִּי סוֹב		סַבּוֹתִי
		P.
סֹבֶּינָה סוֹבּוּ		סַבּוּ vel סַבּוּ
	סַבּוֹתֶן	סַבּוֹתֶם
Futurum.		
אָסוֹב		סַבּוֹנוּ
תָּסוֹב יָסוֹב		
תָּסוֹבִּי תָּסוֹב		Benoni.
נָסוֹב		סַבִּים סַב
יָסוֹבּוּ		סַבּוֹת סַבָּה
תְּסֻבֶּינָה תָּסוֹבּוּ		Paül.
		סָבוּב

In Niphàl.

PRæteritum quo ad terminationem se habet vt in Kal. Sub נ seruili in tertijs personis habet ּ, in reliquis sheuà, hoc modo, נָסַב, נְסַבּוֹתָ, &c.

Hæc autem mutatio ּ in sheuà punctum breuissimum videtur fieri ob eam rationem; ne, quia dictio excedit tres syllabas, eo puncto, seu motione longa, reddatur pronunciatio nimis tarda.

Imperatiuus.	*Beinoni.*
הִסַּב	נָסָב
הִסַּבּוּ	נְסַבִּים
הִסַּבִּי	
הִסַּבְנָה	*Infinitiuus.*
	הִסּוֹב vel הִסַּב

Futurum.

אֶסַּב

יִסַּב, &c. Accentu semper in vltima, præterquam in secunda, & tertia plurali fœminina.

In Hiphil.

Præteritum.

הֵסֵב הֵסֵבָּה

הֲסִבּוֹתָ הֲסִבּוֹת

הֲסִבּוֹתִי

הֵסֵבּוּ

הֲסִבּוֹתֶם הסבותֶן

הֲסִבּוֹנוּ

Benoni.

מֵסֵב מְסִבִּים

Paul.

מוּסָב מוּסַבִּים

Imperatiuus.

הָסֵב

Infinitiuus.

M.	F.
הָסֵב	הָסֵבִּי
הָסֵבּוּ	הָסֵבְּנָה

Futurum.

אָסֵב

יָסֵב תָּסֵב

תָּסֵב תָּסֵבִּי

נָסֵב

יָסֵבּוּ תְּסִבֶּינָה

תָּסֵבּוּ

In Hophàl.

Præteritum.

הוּסַב

הוּסַבּוֹתָ

&c.

Infinitiuus.

הוּסַב

Futurum.

אוּסַב

In

In hoc Paradigmate obſerua 1. Accentum in multis vocibus non eſſe in vltima ſyllaba, vt erat in verbo perfecto, ſed in penultima.

2. Obſerua in Præteritis, vt poſſit pronunciari littera, quæ per daghèsh duplicatur ob defectum alterius litteræ decidentis, aduocari, prętet morem, punctum ִ. Itaque pronunciamus * *Sabbòtha*, pro *Sàbbta*.

* סַבּוֹתְ
סַבְּתְ

3. Obſerua ſub ה littera ſeruili in coniugatione Hiphìl in tertijs perſonis Præteriti eſſe punctum ¨, in reliquis ˉ:, in Infinitiuo, & Imperatiuo -.

4. Obſerua in ſeruilibus futuri in Kàl, & Hiphìl eſſe ˙˙, ſed ſub ת in perſonis pluralibus fœmininis eſt sheua. In ſeruilibus totius Hophàl eſt וּ.

DE VERBIS QVIESCENTIBVS.
Cap. VI.

QViescentium sex genera; nempè quæ habent in prima Thematis א, vel י, quæ in secunda ו, vel י, quæ in tertia א, vel ה. Quæ habent in prima, vel tertia א, parum differunt a perfectis,& de illis dicetur in lib.2.

Quę habent in prima Iòd.

HAec in præterito,& participijs Kàl,in toto Pihel,Puhal,& Hithpahel, sunt perfecta. In toto etiam Niphal, Hiphil, Hophal perfectorum formam sequuntur, nisi quod mutant suum Iod in vau, aut mobile,aut quiescens. Afferemus exempla ex themate יָשַׁב sedere.

Kàl.

שֶׁבֶת *Infinitiuus.*

שֵׁב , שְׁבוּ *M. Imperatiuus.*

שְׁבִי , שֵׁבְנָה *F.*

&c. אֵשֵׁב , יֵשֵׁב *Futurum.*

Obſerua vocem Infinitiui in his quieſcentibus in Infinitiuo Kàl non differre à voce eiuſdem Infinitiui in defectiuis Pe Nun. vtrobique enim reijcitur prima thematis,& ſub ſecunda,& tertia eſt punctum ſegol,cum ת in fine, & accentu in penultima, שֶׁבֶת , גֶּשֶׁת

Niphàl.

1, Quod pro י ſubſtituitur, in præterito, & Benonì eſt quieſcens,in reliquis vero temporibus mobile. fit autem mobile, quia in eo infigitur daghès ſupplens defectum נ formatiui Niphàl; daghèsh autem non poteſt infigi litteræ quieſcenti.

Præteritum נוֹשַׁב , נוֹשַׁבְתָּ , &c.

Benonì נוֹשָׁב

Infinitiuus, & Imperatiuus הִוָּשֵׁב.

Futurum אִוָּשֵׁב , יִוָּשֵׁב , &c.

Hiphil.

Prçteritum הוֹשִׁיב.

Benonì מוֹשִׁיב

Paùl מוּשָׁב

Infinitiuus, & Imperatiuus הוֹשֵׁב.

Futurum אוֹשִׁיב

Hophàl.

Vbique mutat ׳ in ו, vt in præterito הוּשַׁב,&c. quare secundum formam primarum vocum nõ differt a defectiuis duplicantium secundam: quamquam in inflexione differt aliquo modo. hic enim coniugatur Præteritum הוּשַׁב , הוּשַׁבְתָּ more perfectorum: ibi autem coniugatur. הוּשַׁב , הוּשַׁבּוֹתָ.

Quæ habent in secunda Vàu, vel Iòd. Paradigma ex verbo בִּין intelligere.

Kàl.

Infinitiuus.	Præteritum.
בִּין	בֵּן בָּנָה בָּנָה S.
Imperatiuus.	בַּנְתָּ בַּנְתְּ
F. M.	
בּוֹן בּוֹנִי	בַּנְתִּי
בֹּנוּ בּוֹנֶנָה	בָּנוּ P.
Futurum.	בַּנְתֶּם בַּנְתֶּן
אָבוֹן	בַּנְנוּ vel בָּנּוּ
In personis, quæ excedunt duas syllabas, accentus est in penultima, vt	Benonì.
	בֵּן בָּנִים
	Paùl.
יָבוֹנוּ תְּבוֹנֶנָה	בּוֹן בּוֹנִים

Obserua sub prima thematis in Præterito esse in tertijs personis ּ, in reliquis pàthahh.

Niphal.

Preteritum.

S. נָבוֹן נָבוֹנָה P. נָבוֹנוּ

נְבוּנוֹתָ נְבוּנוֹת נְבוּנוֹתֶם נְבוּנוֹתֶן

נְבוּנוֹתִי נְבוּנֹנוּ

In tertijs perſonis ſub נ, ſeruili eſt ָ, & poſt primam radicalem וֹ. In reliquis ſub, נ, sheuà, & poſt primã radicalem וּ.

Futurum.	*Infinitiuus.*	*Benoni.*
אֶבּוֹן	הִבּוֹן	M. נָבוֹן
יִבּוֹן	*Imperatiuus.*	נְבוֹנִים
תִּבּוֹן	הִבּוֹן	F. נְבוֹנָה
&c.		נְבוֹנוֹת

In perſonis Imperatiui, & Futuri, quæ excedunt duas ſyllabas, eſt accentus in penultima: vt in Præterito, prçter ſecundam pluralem.

Pihel

Pihèl.

Hæc verba Pihèl coniugantur, vt verba perfecta in Pohèl, duplicando tertiam radicalem, vt in præterito בּוֹנֵן, בּוֹנַנְתָּ, &c. & retinendo semper, ו, post primam radicalem, etiam in Paùl, מְבוֹנָן. & quia Poèl habet significationem actiuam, & passiuam: ideo in hoc genere quiescentium non est necessaria coniugatio Puàl: sed pro vtraq; Pièl, & Puàl supplet Poèl.

Hiphil, Hophàl, Hithpahèl.

Hiphìl *a* eodem modo coniugatur, quo in defectiuis duplicantium secundam, nisi quod vbi in defectiuis infigitur daghès h, hìc ponitur hhirìk magnum. & cum ibi vltimum punctum Benonì, & futuri sit ¨, hìc est hhirìk magnum. Solet etiam coniugari *b* more solito: quia nullum efficit malum sonum.

Hophàl eodem modo flectitur quo *c* in quiescentibus quorum prima est Iod. Præteritum הוּבַן, Infinitiuus, הוּבַן Futurum. אוּבַן

a הֵבִין הֲבִינוֹת &c. *Vid. sup. fol. 66.*

b הֵבַנְתָּ הֵבַנְתִּי &c.

c *Vid. sup.*

Hithpahèl flectitur, vt Pihèl, additis in principio litteris seruilibus coniugationis Hithpahèl proprijs. הִתְבּוֹנֵן.

Aduerte in his, & similibus, paradigmata nos non extendere; sed tantum innuere primas voces: quia eorum inflexio non differt à perfectis, aut ab ijs imperfectis, ad quæ hæc paradigmata reijcimus, vt ad similia. quod valde vtile est ad melius apprehendum rationem coniugandi, ex comparatione vnius modi cum alio modo coniugandi varia genera verborum.

Quæ habent in tertia ה.

Paradigma in Kal ex themate גָּלָה *Migrare, Reuelare.*

Infinitiuus.

גְּלוֹת

Imperatiuus.

F.	M.
גְּלִי	גְּלֵה
גְּלֶינָה	גְּלוּ

Futurum.

S. אֶגְלֶה

יִגְלֶה תִּגְלֶה

תִּגְלֶה תִּגְלִי

P. נִגְלֶה

יִגְלוּ

תִּגְלֶינָה

תִּגְלוּ

Præteritum.

S. גָּלָה גָּלְתָה

גָּלִיתָ גָּלִית

גָּלִיתִי

P. גָּלוּ

גְּלִיתֶם גְּלִיתֶן

גָּלִינוּ

Benoni.

M. גּוֹלֶה גּוֹלִים

F. גּוֹלָה גּוֹלוֹת

Paul.

M. גָּלוּי גְּלוּיִם

F. גְּלוּיָה גְּלוּיוֹת

In his verbis ה vltimum inter coniugandum, aut quiescit, vt in primis vocibus præteriti, Imperatiui, futuri, : aut amittitur, nempe vbicunque punctum ֻ vltimum terminatiuum debet esse .ו, vt accidit in tertia plurali præteriti: aut mutatur in ת, vt in tertia præteriti fœminina, & in infinitiuo: aut mutatur in Iòd modo mobile, vt in Paùl Kàl; modo quiescens, vt in secundis, & primis personis præteriti, & in plurali Benonì.

a In Pièl. מְגַלֶּה

Cęteræ coniugationes eodem modo flectuntur, quo Kal, *a* nisi quod in Paùl seruant ה quiescens post ֶ, *b* & in Niphal, Puhal, Hophal, & Hithpahel, in secundis, & tertijs personis pręteriti Iòd quiescit non post hhirik, sed post ֵ.

In Hiphil. מַגְלֶה

b N. נִגְלֵיתָ

P. גֻּלֵּיתָ

H. הָגְלֵיתָ

Nunc esset agendum de verbis compositis, polysyllabis, & Anomalis. Sed de illis in lib. 2. Hoc in loco ob rudiorum commoditatem subijciemus Paradigma vnius anomali, cuius est frequens vsus.

In Hith. הִתְגַּלֵּיתָ

Para-

Paradigma verbi anomali.

נָתַן *dedit.*

ADuertendum hoc verbum eodem modo coniugari, quo defectiua, quæ habent in prima נ, tribus exceptionibus additis, in quibus posita est eius anomalia. Prima, quod ex illo verbo non reperitur, nisi Kàl, neque tamen integrum; Niphàl integrum, & tertia persona singularis futuri Hophàl. Secunda, quod in Kàl infinitiuus est תֵּת, vel נְתוֹן; Imperatiuus תֵּן vel תְּנָה. Tertia, quod in præteritis amittit extremam litteram, quando eam sequitur ת.

Niphàl. Kàl.

Præteritum.	*Benoni.*		*Præteritum.*	
נִתַּן	נוֹתֵן	נָתְנָה	נָתַן	S.
Benoni.	*Paúl.*	נָתַתְּ	נָתַתָּ	
נִתָּן	נָתוּן			
			נָתַתִּי	
Infinitiuus. *Imperat.*	*Infinitiuus.*			
הִנָּתֵן	תֵּת		נָתְנוּ	P.
Futurum.	*Imperatiuus.*	נְתַתֶּן	נְתַתֶּם	
אֶנָּתֵן	תֵּן		נָתַנּוּ	
Futurum Hophàl.	*Futurum.*		*vel*	
יֻתַּן	אֶתֵּן		נָתָנוּ	

Hoc in loco de verborum affixis agendum esset : sed quia eorum intelligentia pendet ex quibusdam regulis de mutatione punctorum, quas paullo post in sequenti par. 4. trademus : ideo præcepta de verborum affixis, ad faciliorem doctrinam, visum nobis est post eas regulas transferre.

QVAR-

QVARTA PARS.

De reliquis Grammaticæ partibus.

IN hac parte breuissime de Dictione dicemus, fusior tractatio in 2. lib. legi potest. Attingemus etiam aliqua de mutatione punctorum, & quantum satis videbitur de verborum affixis agemus.

DE ADVERBIO, PRAEPOSITIONE, coniunctione, & interiectione.

Cap. I.

HAec partim constant ex integris dictionibus, partim è solis quibusdam litteris, quæ seruiles dicuntur. Litteræ enim aliæ radicales, aliç seruiles. Radicales, quç semper sunt pars thematis, nec alium vsum habent. Seruiles, quæ etsi quandoque pertinent ad ipsum thema, sæpe tamen deseruiunt loco præpositionum, aduerbiorum, ad personas, tempora, numeros, genera, aliaque similia indicanda.

DE MVTATIONE PVNCTORVM.
Cap. II.

MVltæ sunt causæ, cur aliquando puncta vocalia mutentur. nos hoc in loco agemus de mutatione, quæ contingit in nominibus ob regimen singulare, numerum pluralem, regimen plurale, & affixa. Neque de omnibus nominibus agemus, sed tantum de perfectissimis, idest, quæ duabus constant syllabis, & tribus litteris radicalibus. Trademus autem tria, formas nominum, regulas mutationum, & adnotationes quasdam. Formam nominum appellamus combinationem punctorum mutabilium. Puncta autem, quę mutantur ob causas allatas, sunt tantum quatuor:

Kamèts ָ

Tserè ֵ

Segòl ֶ

Hhòlem וֹ ֹ

Formæ nominum.

TRes ſunt claſſes, ad quas nomina ratione formæ reducuntur.

Prima claſſis eſt nominum, quæ *a* vel habent in vtraque ſyllaba ָ; *b* vel in penultima ָ, in vltima ֵ. *c* vel in penultima ֵ, in vltima ָ.

Secunda claſſis continet 1. Nomina, quę habent * duplex ֶ, *d* vel duplex ַ, ob ſecundam gutturalē; *e* vel ֶ, et ַ, ob tertiam gutturalem. 2. Nomina, quæ habent *f* in penultima ֵ, in vltima ֶ; *g* vel in vltima ַ, ob gutturalem.

Tertia claſſis habet nomina, *h* in quorum penultima eſt וֹ, in vltima ֶ, *i* vel ַ ob ſecundam, vel tertiam gutturalem.

Alia ſunt extra has claſſes, nempe quæ habent k vnum tantum ex his punctis mutabilibus; *l* aut non eam combinationem, quam attulimus.

- a דָּבָר verbum
- b שָׁכֵן vicinus
- c שֵׁכָר ſicera
- * בֶּגֶד veſtis
- d בַּעַל Dominus
- e פֶּסַח paſcha
- f שֵׁבֶט ſceptrum
- g יֵשַׁע ſalus
- h חֹדֶשׁ menſis
- i פֹּעַל opus
- גֹּבַהּ altitudo
- k חֳלִי infirmitas
- l כֹּרֵם vinitor

Regulæ mutationum.

I. *Reg.* De mutatione punctorum ob regimen singulare, numerum pluralem, regimen plurale.

In prima classe.

דָּבָר דְּבַר m
שָׂכָר שְׂכַר

Prima vocalis *m* ob quamcunque mutationis causam mutatur in sheuà.

דְּבַר n
דְּבָרִים o
שְׂכָרִים
דִּבְרֵי p
שִׂכְרֵי

Secunda vocalis ָ *n* In regimine singulari in ַ, *o* In numero plurali remanet intacta. *p* In regimine plurali mutatur in sheuà.

In secunda classe.

בֶּגֶד בְּגָדִים q
בִּגְדֵי r

In regimine singulari neutra vocalis mutatur. In numero plurali, *q* prima mutatur in sheuà; Secunda in ָ. In regimine plurali, *r* vtraque mutatur in sheuà.

In tertia classe.

חֹדֶשׁ R. S. s
חֳדָשִׁים N. P.
חָדְשֵׁי R. P.

Est eadem regula, *s* quę in secunda classe: nisi quod ו non mutatur in sheuà, sed in ֳ.

II. *Reg.* De mutatione punctorum, ob affixa.

1. Ad mutationem regiminis singularis reducuntur *t* nomina singularia primæ classis affixa pronominibus כֶן, כֶם.

II. Ad mutationem regiminis pluralis reducuntur *u* nomina pluralia omniũ classium affixa his quatuor pronominibus, הֶן,הֶם,כֶן,כֶם, Item *x* nomina singularia secundę, & tertię classis affixa quibuscunque pronominibus.

II. Ad mutationem *y* numeri pluralis reducuntur reliqua de quibus nihil est dictum. *z* ea sunt in prima classe omnia nomina affixa, quibuscumq; pronominibus, pręter singularia affixa כֶם, & כֶן, & pluralia affixa הֶן,הֶם,כֶן,כֶם: *a* In secunda, & tertia classe pluralia tantũ, præter affixa eisdem quatuor pronominibus.

t דָּבָר R. דְּבַר
Aff. דְּבַרְכֶם
דְּבַרְכֶן

u דָּבָר R. דִּבְרֵי
Aff. דִּבְרֵיכֶם
דִּבְרֵיהֶם

x בֶּגֶד R. בִּגְדֵי
Aff. בִּגְדִּי בִּגְדּוֹ
בִּגְדֵּנוּ בִּגְדְּכֶם

y P. דְּבָרִים
בְּגָדִים

z Aff. דְּבָרִי דְּבָרְךָ
&c.

a בְּגָדֵינוּ.
חֳדָשֵׁינוּ.

III. Reg. De mutatione punctorum, cum nomina sunt extra classes.

ֶ Siue in vltima fuerit, siue in penultima, mutatur vt in prima classe.

ֵ In penultima non mutatur. in vltima vero in regimine quidem singulari manet immobile: in ceteris vero causis mutationis mutatur in sheuà. & si acciderit in medio esse duo sheuàijm, *b* mutatur in ֱ, *c* & interdum in hhirik.

b כֶּרֶם כַּרְמְךָ

c hostis אֹיֵב אֹיִבְךָ

ֹ In penultima non mutatur. In vltima mutatur vt in secũda classe.

ִ Nunquam mutatur.

Annotationes.

I. Ne duo sheuàjim in initio dictionis concurrant, & vtrumque videatur legendum; *d* primum sheuà vertitur in hhirik paruum, *e* & interdum in pàthahh.

d דִּבְרֵי pro דְּבְרֵי

e reges מַלְכֵי pro מְלְכֵי

II. Quan-

II. Quando prima radicalis eſt gutturalis, *f* ſub ea pro sheuà ſimplici, ponitur punctum raptum ֲ.

III. Si ſecunda ſit gutturalis, *g* ſub illa ponendum eſt pro sheuà punctum raptum, & ſub littera præcedente, punctum affine, in prima, & ſecunda claſſe. In tertia vero claſſe *h* ſub gutturali ponendum eſt ֳ, & ſub prima ֹ, vt fiat metatheſis pũctorũ. Sed nomen *i* *ròhhabh* latitudo, nõn ſeruat hanc metatheſin; k ſed in prima littera habet ֳ, in quod mutatur ָ, & ſub ſecunda gutturali sheuà ſimplex.

vitulus עֵגֶל f
עֲגָלִים
ſubsãnatio לַעַג g
לַעֲגִי
לַעֲגְכֶם
taberna-culum אֹהֶל h
אָהֳלוֹ
latitudo רוֹחַב i
רָחְבּוֹ k

Circa hęc præcepta ſunt aliquę obſeruationes, quas in libro ſecundo colligemus.

DE AFFIXIS VERBORVM.

Cap. III.

QVemadmodũ nomina recipiunt affixa pronomina,& propterea nonnullam patiuntur punctorũ mutationem ; ita quoque & verba. Sunt autem obseruanda tria, antequam de singularum personarum , quę verbis conueniunt affixis dicamus.Initio sciendum est,solis actiuis verbis affixa propriè conuenire: siquidem affixa omnia verbis adiuncta conueniunt personæ patienti , quam sola verba actiua post se habere solent . nec enim dicimus , disco te , sed solum doceo te . Itaque de passiuis coniugationibus,id est,Niphàl,Puàl,Hophàl, & Hithpaèl,nihil hoc loco dicẽdum erit. Sunt tamen hìc duæ exceptiones.

Prima infinitiuorum passiuorum, quæ quoniam interdum funguntur vice nominum , affixa quoque , & si raro recipiunt, vt *a Bèjòm hibbareàm* in die creari eos,id est, in die creationis eorum .

a בְּיוֹם הִבָּרְאָם

Altera

Altera exceptio eſt neutrorum, quæ interdum habent affixa: ſed tunc debet ſubintelligi commoda aliqua præpoſitio, vt *a jeghurchà*, non ſignificat habitabit te, ſed habitabit tecum, ponitur enim *b cha* pro *c hhhimmechà*.

a יְגֻרְךָ

b ךָ

c עִמְּךָ

Deinde ſciendum eſt quatuor eſſe affixa, quę magis familiaria ſunt verbis, videlicet, *d ni, nnu, hu, hu, nna*. pro quibus adiunguntur nominibus, *e Iod, nu, vau, h*. *f Ha*, affigitur, & nominibus pluralibus, & verbis. Pręterea quieſcentia Lamed He, recipiunt etiam .הו more verborum. Porrò .נו & נָּה in omnibus modis, & temporibus locum habent, præterquam in præterito.

d me נִי
eum .נוּ
eum .הוּ
eam נָּה

e me י
nos .נוּ
eum ו
eam ה

f eam הָ

Poſtremo ſciendum eſt, ex tribus perſonis verborum, tertiam recipere omnia affixa, quę ſunt omninò decem. Dicimus enim, viſitauit eum; eam; te. m. g. te f.g. me.c.g. eos; eas; vos m.g. vos f.g. nos c.g. Secundam vero non admittere niſi ſex. non enim rectè dicimus, viſitaſti te m.g. vel te f.g. vel vos m.g. vel vos f.g. ſed ſolum viſitaſti eum, eam, eos, eas, me, nos. Primam denique admittere tantum octo. non enim dici poteſt, viſitaui me, vel nos,

ſed ſolum, viſitaui eum, eam, eos, eas, te m. g. te f. g. vos m. g. vos f. g. Nunc ad ſingulas perſonas veniamus.

De Præterito Kàl.

De tertia perſona ſingulari.

פָּקַד * viſitauit

פְּקָדְךָ viſitauit te.

TErtia perſona ſingularis numeri maſculini generis, cum omnibus affixis * eodem modo ſe habet, quo nomen ſingulare primæ claſſis. ideſt, mutat kamèts primę litterę in sheuà; & pàthahh ſecundæ litterę in kamèts, præterquam cum affixis כֶּם, & כֶּן vbi remanet pàthahh: immediatè ante affixa ponuntur eadem puncta connexiua, quę in nomine: exceptis affixis הוּ·, נוּ, ante quę ponitur kamèts; & affixo נִי ante quod ponitur pàthahh. In verbis quieſcentibus Lamed he, quia cum affixis perditur vltimum he, fit punctorũ retrogradatio, ita vt kamèts ſecundæ ponatur ſub prima: & sheuà primæ euaneſcat. dicimus enim *g galàhu* non *h gelahàbu*. Ante affixum idem punctum manet, *i* quod antea erat.

גְּלָהוּ g

גְּלָהָהוּ h

גָּלָה i

גְּלָנִי

De ſecũda.

פָּקַדְתָּ * viſitaſti.

Secunda perſona ſingularis maſculina * mutat vbique kamèts primę litterę

in

in sheuà,& pàthahh secundę litterę retinet ordinariè: interdum tamen mutat in hhirìk. Immediatè ante affixa ponuntur puncta eadem, quę in tertia persona. פְּקַדְתּוֹ visitasti eū.

De prima.

Prima persona singularis, communis generis, * mutat kamèts in sheuà,& retinet suum pàthahh. Ante affixa immediatè vbique manet hhirìk vt antea. * פָּקַדְתִּי visitaui פְּקַדְתִּיךָ visitaui te.

De 3. pers. plur.

Tertia persona pluralis masculina, *mutat vbique kamèts primę litterę in sheuà, & sheuà secundę in kamèts; & ante affixa semper habet shurek. * פָּקְדוּ פְּקָדוּךָ

De 2. plur.

Secunda pluralis masculina * nulla puncta mutat, sed solum abiecto vltimo ם, loco eius recipit shurèk, immediate ante affixa. * פְּקַדְתֶּם פְּקַדְתּוּנִי

De 1. plur.

Prima pluralis cõmunis generis * mutat vbique kamèts primę litterę in sheuà, & retinet suum pàthahh secundę litterę; ante affixa immediate nihil additur, sed manent litterę, & puncta, quę antea erant. * פָּקַדְנוּ פְּקַדְנוּךָ

De 3. sing. fęm.

Tertia singularis fęm. gen. * mutat vbique kamèts primę litterę in sheuà, & sheuà secundę litterę in kamèts; interdum etiam, sed raro, in pàthahh, & more fœmininorum nominum mutat vltimum * פָּקְדָה פְּקָדַתְךָ פְּקָדַתּוּ

timum he in tau; si autem sequatur affixum, הוּ, etiam he affixi vertitur in tau, & ne duo tau concurrant, primum abijcitur, & in eius signum infigitur daghèsh in sequenti. Immediate ante affixa ponuntur eadem puncta quæ in nomine fœminino k *tsedhakà*.

k צְדָקָה

De 2. sing. fœm.

Secunda singularis fœminini generis * mutat vbique kamèts primæ litteræ in sheuà, & retinet suum pàthahh secundæ litteræ, & sub tertia radicali similiter retinet suum sheuà quiescens; immediate autem ante affixa hhirìk longum asciscit.

*פְּקַדְתְּ
פְּקַדְתִּינִי

De 2. plur. fœm.

Secunda pluralis fœminini generis, * eodem prorsus modo se habet, quo secunda pluralis generis masculini.

*פְּקַדְתֶּן
פְּקַדְתּוּנִי

De Benonì, & Paùl.

PArticipia quemadmodum in inflexione sequuntur regulas nominum, ita etiam in affixis, & punctorum mutatione. Et si quidem habent affixa propria verbis, participij significationem referunt, ac redolent. ita vt *l pokedhì*, visitator meus, *m pokedhèni* visitans me, melius significet: sic *n pokedhò* visitator illius, *o pokedhèhu* visitans illum.

l פּוֹקְדִי
m פּוֹקְדֵנִי
n פּוֹקְדוֹ
o פּוֹקְדֵהוּ

De

De Infinitiuo.

INfinitiuus formæ *p pakòdh* mutat vbiq; Kamèts in Kàmèts hhatùph, & hhòlem in sheuà, vt *q pokdò* visitare eum; si tamen sit gutturalis secunda thematis, sub ipsa erit Kamèts hhatùph, & sub prima thematis Kamèts, vt *r ahobhò* amare eum. — פָּקוֹד d — פָּקְדוֹ q — אָהֳבוֹ r

Infinitiuus autem formæ *s pekòdh* retinet sheuà primæ litteræ, & mutat hhòlem secundæ in Kamèts hhatùph, vt *t pekodhchà u pekodhcèm x pekodhcèn*: nec plura recipit affixa, quam hęc tria. — פְּקוֹד s — פָּקְדְךָ t — פָּקְדְכֶם u — פָּקְדְכֶן x

Infinitiuus formæ *y pethàhh* seruat sheuà primæ litteræ, nisi sequatur aliud sheuà, *z* tunc enim mutatur in hhirik: pàthahh autem secundæ *a* cum affixo ךָ vertitur in Kamèts; *b* cum affixis כֶם, & כֶן manet immotum; cum cęteris omnibus mutatur in sheuà. — פְּתַח y — פִּתְחוֹ z — פְּתָחֲךָ a — פְּתַחֲכֶם b

Deniq; Infinitiuus formæ *c meshòahh* sub prima retinet sheuà, sub secũda vertit hhòlem in Kamèts, sub tertia accipit Kamèts hhatùph, vt *d meshabhochà*. Est autem obseruandum, infinitiuorum affixa, — מְשׁוֹחַ c — מְשָׁחֳךָ d

tàm

tàm actiuè, quàm passiuè exponi posse;
פְּקָדוֹ e siquidem *e pokdò* significare potest, visitatio eius, siuè visitatio referatur ad eum qui visitat, siuè ad eum qui visitatur:
נִי נוּ הוּ נָה הָ f exceptis tamen *f ni*, *nnu*, *hu*, *nna*, *ha*; quę solum patienti conueniunt.

De Imperatiuo.

SEcunda persona singularis masculina sequitur normam Infinitiui formæ
פְּקוֹד g *g pakòdh*. cæteræ personæ nihil mutant.

De Futuro.

IN toto Futuro manent immota puncta sub litteris אֵיתָן, nisi illud punctum sit Kamèts; tunc enim vertitur in
יִפְקְדוּ h sheuà. *h* item immota manent puncta sub prima radicali; hhòlem autem secundæ radicalis vertitur vbique in she-
יִפְקָדְךָ i uà, *i* pręterquam cum affixis ךָ כֶם כֶן: vbi mutatur in Kamèts hhatùph. si vero sub secunda radicali non sit hhòlem, sed pàthahh, idem erit iudicium, quod de
פְּתַח k infinitiuo formę k *pethàhh*.

De

De Piël.

IN coniugatione Piël nihil peculiare occurrit; nisi quod vbique tserè secundę radicalis vertitur in sheuà; prę-terquam cum affixis ךָ , כֶם & כֶן vbi vertitur in ֵ, vt *l pikkedhò* visitauit eum, *m pikkedhchà* visitauit te.

l פִּקְּדוֹ
m פִּקֶּדְךָ

De Hiphìl.

IN Hiphìl nulla mutatio fit, nisi in verbis quiescentibus aijn vau, vbi tserè litterę he vertitur in hhateph segòl, vt *n hebbinàhu*; & tserè litterę, מ, in Benonì vertitur in sheuà, vt *o mebbinò*; & Kamèts litterarum אית״ן, in futuro vertitur similiter in sheuà, vt *iebbinò*.

n הֱבִינָהוּ
o מְבִינוֹ
p יְבִינוֹ

PARA-

Paradigma affixorum in verbis ex varijs thematibus collectum ad faciliorem introductionem.

In Kál.

Tertia masc. sing. ex themate פָּקַד visitare.

פְּקָדוֹ vel פְּקָדָהוּ
פְּקָדְךָ
פְּקָדַנִי
פְּקָדָם
פְּקַדְכֶם
פְּקָדָנוּ
פְּקָדָהּ
פְּקָדֵךְ
פְּקָדָן
פְּקַדְכֶן

2. masc. sing. *Praeteritum.* שָׁבַרְתָּ ex themate שָׁבַר frangere.

שְׁבַרְתּוֹ vel שְׁבַרְתָּהוּ
שְׁבַרְתַּנִי
שְׁבַרְתָּם
שְׁבַרְתָּנוּ
שְׁבַרְתָּהּ
שְׁבַרְתָּן

1. Sing. סָגַרְתִּי ex themate סָגַר claudere.

סְגַרְתִּיו vel סְגַרְתִּיהוּ
סְגַרְתִּיךָ
סְגַרְתִּים
סְגַרְתִּיכֶם

פְּקַדְתּוּהוּ	2. plur. masc. פְּקַדְתֶּם	סְגַרְתִּיהָ	
פְּקַדְתּוּנִי		סְגַרְתִּיךְ	
פְּקַדְתּוּם		סְגַרְתִּין	
פְּקַדְתּוּנוּ		סְגַרְתִּיכֶן	
פְּקַדְתּוּהָ		מְשָׁכוּהוּ	3. plur. מָשְׁכוּ
פְּקַדְתּוּן		מְשָׁכוּךְ	ex מָשַׁךְ
פְּקַדְנוּהוּ	1. plur. פָּקַדְנוּ	מְשָׁכוּנִי	trahere.
פְּקַדְנוּךְ		מְשָׁכוּם	
פְּקַדְנוּם		מְשָׁכוּכֶם	
פְּקַדְנוּכֶם		מְשָׁכוּנוּ	
פְּקַדְנוּהָ		מְשָׁכוּהָ	
פְּקַדְנוּךְ	•	מְשָׁכוּךְ	
פְּקַדְנוּן		מְשָׁכוּן	
פְּקַדְנוּכֶן		מְשָׁכוּכֶן	

	Benoni.	סמכתהו vel	3. Sing. fœm.
גומלו	Sing. masc.	סמכתו	סמכה
vel גומלהו	ex גמל	סמכתך	סמך è
גומלי	retribuere, ablactare.	סמכתני	sustentare.
גומלני		סמכתם vel	
גומלה		סמכתם	
גומלה		סמכתכם	
גומליו	Plur. masc.	סמכתנו	
	גומלים	סמכתה vel	
גומלתו		סמכתה	
גומלתך	Sing. fœm. גומלת	סמכתך	
		סמכתן vel	
גומלותיו	Plur. fœm.	סמכתן	
&c.	גומלות	סמכתכן	

Paul.

Per omnia sequitur morē nominum.

2. Sing. fœm. cum affixis ita se habet, vt prima sing.

2. Plur. fœm. vt 2. plur. masculina.

Infini-

רְדָפְךָ Secũdũ formã לְמוֹד

רְדָפְכֶם

רְדָפְכֶן Ex themate רָדַף

persequi.

מְשָׁחֲךָ Secũdũ formã מְשׁוֹחַ

מָשְׁחֲכֶם vngere.

מָשְׁחֲכֶן

פִּתְחוֹ Secũdũ formã פִּתַּח

פִּתְּחֲךָ aperire.

פִּתְּחֲכֶם

פִּתְּחֲכֶן:

מְאָסוֹ Secũdũ formã מָאוֹס

מְאָסְךָ reprobare.

מְאָסִי

Infinitiuus.

בָּגְדוֹ secũdũ formã לְמוֹד

vel בְּגָדְהוּ

vel בְּגָדֶנּוּ Ex themate בָּגַד fraudare.

בָּגְדְךָ

בָּגְדִי

vel בְּגָדֵנִי

בָּגְדָם

בָּגְדְכֶם

בְּגָדֵנוּ

בָּגְדָהּ

vel בְּגָדָהּ

vel בְּגָדֶנָּה

בְּגָדְךָ

בִּגְדָן

בָּגְדְכֶן

Imperatiuus

פְּקוֹד ex פִּקְדוּ vel
visita. פְּקֳדֵהוּ vel
פְּקֳדֵנוּ.
פְּקֳדֵנִי
פְּקֳדֵם
פְּקֳדֵנוּ.
פְּקֳדָהּ vel
פְּקֳדָה vel
פְּקֳדֶנָּה
פְּקֳדֵן:

שְׁמַע ex שְׁמָyֵהוּ.
audi. שְׁמָyֵנִי
גְּאַל ex גְּאָלֵהוּ.
remane. גְּאָלֵנִי
גְּאָלֵם:

אֱהַב ex אֱהָבֵהוּ.
ama. אֱהָבֶהָ:

ex plur. פִּקְדוּהוּ.
פִּקְדוּ פִּקְדוּנִי
פִּקְדוּם
פִּקְדוּנוּ
פִּקְדוּהָ
פִּקְדוּן:

Sing. fœm. פִּקְדִיהוּ.
פִּקְדִי פִּקְדִינִי
פִּקְדִים
פִּקְדִינוּ
פִּקְדִיהָ
פִּקְדִין:

פְּקוֹדְנָה tantum recipit pronomina separata.

Futurum.	יִפְקְדֵן
יִפְקוֹד ex יִפְקְדוֹ	יִפְקְדֵכֶן :
יִפְקְדֵהוּ	יִשְׁמַע ex יִשְׁמָעֵהוּ
יִפְקְדֶנּוּ	יִשְׁמָעֲךָ
יִפְקָדְךָ	יִגְאַל ex יִגְאָלֵהוּ
יִפְקְדֵנִי	יִגְאָלְךָ :
יִפְקְדֵם	plur. יִפְקְדוּךָ
יִפְקָדְכֶם	יִפְקְדוּ יִפְקְדוּכֶם
יִפְקְדֵנוּ	יִפְקְדוּךְ
יִפְקְדֵהָ	יִפְקְדוּכֶן :
יִפְקְדָהּ	
יִפְקְדֶנָּה	Cætera omnia huius personæ יִפְקְדוּ vt Imperatiuus. פִּקְדוּ
יִפְקְדֵךְ	

Finis Libri primi.

נָתְנוּ רֵיחַ קוּמִי לָכִי רַעְיָתִי יָפָתִי
14 וּלְכִי־לָךְ׃ יוֹנָתִי בְּחַגְוֵי הַסֶּלַע
בְּסֵתֶר הַמַּדְרֵגָה הַרְאִינִי אֶת־
מַרְאַיִךְ הַשְׁמִיעִינִי אֶת־קוֹלֵךְ כִּי־
קוֹלֵךְ עָרֵב וּמַרְאֵךְ נָאוֶה׃
15 אֶחֱזוּ־לָנוּ שׁוּעָלִים שֻׁעָלִים קְטַנִּים
מְחַבְּלִים כְּרָמִים וּכְרָמֵינוּ סְמָדַר׃
16 דּוֹדִי לִי וַאֲנִי־לוֹ הָרֹעֶה
17 בַּשּׁוֹשַׁנִּים׃ עַד שֶׁיָּפוּחַ הַיּוֹם
וְנָסוּ הַצְּלָלִים סֹב דְּמֵה־לְךָ דוֹדִי
לִצְבִי אוֹ לְעֹפֶר הָאַיָּלִים עַל־הָרֵי
בָתֶר׃

4 ופריו מתוק לחכי : הביאני
אל-בית היין ודגלו עלי אהבה :
5 סמכוני באשישות רפדוני
בתפוחים כי-חולת אהבה אני :
6 שמאלו תחת לראשי וימינו
7 תחבקני : השבעתי אתכם
בנות ירושלם בצבאות או ב
באילות השדה אם-תעירו ואם-
תעוררו את-האהבה עד ש
8 שתחפץ : קול דודי הנה זה
בא מדלג על ההרים מקפץ על
9 הגבעות : דומה דודי לצבי
או לעופר האילים הנה זה עומד
אחר כתלנו משגיח מן-החלנות
10 מציץ מן-החרכים : ענה דודי
ואמר לי קומי לך רעיתי יפתי ולכי-
11 לך : כי הנה הסתיו עבר הגשם
12 חלף הלך לו : הנצנים נראו
בארץ עת הזמיר הגיע וקול ה
13 התור נשמע בארצנו : התאנה
חנטה פגיה והגפנים סמדר
נתנו

אִם־לֹא תֵדְעִי לָךְ הַיָּפָה בַּנָּשִׁים 8
צְאִי־לָךְ בְּעִקְבֵי הַצֹּאן וּרְעִי אֶת־
גְּדִיּוֹתַיִךְ עַל מִשְׁכְּנוֹת הָרוֹעִים :
לְסֻסָתִי בְּרִכְבֵי פַרְעֹה דִּמִּיתִיךְ 9
רַעְיָתִי : נָאווּ לְחָיַיִךְ בַּתּוֹרִים 10
צַוָּארֵךְ בַּחֲרוּזִים : תּוֹרֵי זָהָב 11
נַעֲשֶׂה־לָּךְ עִם נְקֻדּוֹת הַכָּסֶף :
עַד־שֶׁהַמֶּלֶךְ בִּמְסִבּוֹ נִרְדִּי נָתַן 12
רֵיחוֹ : צְרוֹר הַמֹּר דּוֹדִי לִי בֵּין 13
שָׁדַי יָלִין : אֶשְׁכּוֹל הַכּוֹפֶר דּוֹדִי 14
לִי בְּכַרְמֵי עֵין גֶּדִי : הִנָּךְ יָפָה 15
רַעְיָתִי הִנָּךְ יָפָה עֵינַיִךְ יוֹנִים :
הִנְּךָ יָפֶה דוֹדִי אַף נָעִים אַף־ 16
עַרְשֵׂנוּ רַעֲנָנָה : קוֹרוֹת בָּתֵּינוּ 17
אֲרָזִים רַחִיטֵנוּ בְּרוֹתִים :

סימן ב

אֲנִי חֲבַצֶּלֶת הַשָּׁרוֹן שׁוֹשַׁנַּת 1
הָעֲמָקִים : כְּשׁוֹשַׁנָּה בֵּין 2
הַחוֹחִים כֵּן רַעְיָתִי בֵּין הַבָּנוֹת :
כְּתַפּוּחַ בַּעֲצֵי הַיַּעַר כֵּן דּוֹדִי 3
בֵּין הַבָּנִים בְּצִלּוֹ חִמַּדְתִּי וְיָשַׁבְתִּי

EX CANTICO CANTICORVM capita duo ad exercitium legendi, ac prælegendi.

1 2 שִׁיר הַשִּׁירִים אֲשֶׁר לִשְׁלֹמֹה׃ יִשָּׁקֵנִי
מִנְּשִׁיקוֹת פִּיהוּ כִּי טוֹבִים דֹּדֶיךָ
3 מִיָּיִן׃ לְרֵיחַ שְׁמָנֶיךָ טוֹבִים
שֶׁמֶן תּוּרַק שְׁמֶךָ עַל־כֵּן עֲלָמוֹת
4 אֲהֵבוּךָ׃ מָשְׁכֵנִי אַחֲרֶיךָ נָּרוּצָה
הֱבִיאַנִי הַמֶּלֶךְ חֲדָרָיו נָגִילָה
וְנִשְׂמְחָה בָּךְ נַזְכִּירָה דֹדֶיךָ מִיַּיִן
5 מֵישָׁרִים אֲהֵבוּךָ׃ שְׁחוֹרָה אֲנִי
וְנָאוָה בְּנוֹת יְרוּשָׁלִַם כְּאָהֳלֵי
קֵדָר כִּירִיעוֹת שְׁלֹמֹה׃
6 אַל־תִּרְאוּנִי שֶׁאֲנִי שְׁחַרְחֹרֶת
שֶׁשְּׁזָפַתְנִי הַשָּׁמֶשׁ בְּנֵי אִמִּי נִחֲרוּ
בִי שָׂמֻנִי נֹטֵרָה אֶת־הַכְּרָמִים
7 כַּרְמִי שֶׁלִּי לֹא נָטָרְתִּי׃ הַגִּידָה
לִּי שֶׁאָהֲבָה נַפְשִׁי אֵיכָה תִרְעֶה
אֵיכָה תַּרְבִּיץ בַּצָּהֳרָיִם שַׁלָּמָה
אֶהְיֶה כְּעֹטְיָה עַל עֶדְרֵי חֲבֵרֶיךָ׃

אִם

INSTITVTIONVM LINGVAE HEBRAICAE

Liber Secundus.



SEcundus liber continebit ea, quæ in primo sunt prætermissa. Habebit autem quatuor partes. 1. De ratione scribendi. 2. De Nomine. 3. De verbo. 4. De reliquis ad linguam Hebraicam pertinentibus.

PRIMA PARS.

De ratione scribendi.

SCribendi ratio circa tria versatur, ex quibus quælibet dictio constat, nempè litteras, puncta, accentus. Litteris accidunt in primis quatuor, Nomen, figura, potestas, siuè prolatio, & diuisio. Hoc in loco diuisio litterarum tradetur: de reliquis in primo libro dictum est cap. 1.

DE

DE LITTERARVM DIVISIONE.

Cap. I.

MVltę sunt litterarum diuisiones. Prima sumitur ab organo, quo litterę formantur. Instrumenta autem, quibus locutio perficitur, quinque sunt, labia, dentes, lingua, palatus, guttur. Quare aliæ litteræ sunt labiorum, quæ sine labiorum compressione efferri nequeunt: eæ continentur in dictione בּוּמַף.

Aliæ dentium, quæ motum aëris inter dentes per linguæ pulsum postulant: eæ duplici dictione comprehenduntur זס״ שר״ץ.

Aliæ linguæ, quæ solius linguæ motu facile efferuntur, ד״ט לנ״ת.

Aliæ palati, quæ in palati concauitate formantur, גי״כק.

Aliæ gutturis, quæ ex nodis ipsius gutturis educuntur, אהחע.

Secunda Diuisio. A similitudine, vel dissimilitudine potestatis. Quædam enim

sunt

sunt valde similes in potestate; quales sunt ב, & ו; ס, & ש; ז, & צ; ח, & כ sine daghèsh; ט, & ת cum daghèsh. Quædam, quarum potestas nullā habet affinitatem cum vlla altera; quales sunt omnes reliquæ litteræ.

Tertia Diuisio. A similitudine, vel dissimilitudine figurę. Quarundam enim figuræ sunt similes, vt ב, & כ; ו, & ז; ד, & ר; ה, & ח; ג, & נ; ם, & ס. Reliquarum figurę, & ab his, & inter se discrepant.

Quarta, A variabili, vel vniformi potestate. Quędam enim potestatem suam per punctum adiunctum variant; quales sunt בגד כפת, & ש. Reliquę vnicam tantum potestatem habent, quam nulla de causa mutant.

Quinta Diuisio. Ab officio, quo funguntur. Alię enim sunt radicales, quę in quacumque dictione reperiuntur, semper sunt de themate, & numquam inseruiunt: eę sunt vndecim, ג, ד, ז, ח, ט, ס, ע, פ, צ, ק, ר.

Alię seruiles, quę licet interdum sint de themate; sæpissimè tamen multis vsibus inseruiunt, & sub hac sententia comprehen-

prehenduntur מֹשֶׁה כָּתַב אֱלֵינוּ Moyſes ſcripſit ad vos. Porrò ſeruilium officia, alia generalia ſunt, alia particularia. Generale officium vocamus, quatenus aliç deſeruiunt in principio dictionis tantum: eç ſunt quatuor, א, ב, ל, ש. Aliæ deſeruiunt in principio, medio, & fine; ſuntque ſeptem, ה, ו, י, כ, מ, נ, ת.

DE LITTERIS SERVILIBVS.

De litteris deſeruientibus in principio dictionis tantum.

א I. Format nomina deriuatiua, vt dicemus cum de nomine.

II. Eſt vna ex litteris Paragogicis, de quibus infra.

III. Format primam perſonã futuri, vt à

a פָּקַד *a pakàd* viſitauit, fit *b ephkòd* viſitabo.

b אֶפְקוֹד ב I. Format vn ex gerũdijs, prçpoſita

c בִּפְקוֹד Infinitiuo, vt *c biphkòd* in viſitando.

II. Notat ablatiuum inſtrumenti, vel

d בַּמַּעְדֵּר pretij. Is 25. *d bammahhdèr* In ſarculo

e בְּכֶסֶף ſarrietur. emi, *e bechèseph*, argento.

III. Significat cauſam materialem,

f בַּזָּהָב *f bazzahàbb*, ex auro.

IIII. Si-

IIII. Significat In loci, & temporis, g *bammidhbàr* in deserto. h *babhòdhesc* in mense. g בַּמִּדְבָּר h בַּחֹדֶשׁ

V. Ponitur loco עִם cum. מִן, è, ex, dc. עַד vsque. לְ, ad. עַל super.

VI. Est nota iurantis, בִּי per me.

VII. De preterito dicitur, & futuro, hoc est, ponitur vice Ante, & Post.

VIII. Interdum significat Propter, adcò, intantum.

ל 1. Format gerundium, i *liphkòdh* ad visitandum. i לִפְקוֹד

II. Seruit pro articulo Genitiui, Datiui, Accusatiui.

III. Quia deriuatur à præpositione אֶל vel עַל, ideo illarũ significationem refert, ac redolet. Significat, Propter. In, causę materialis, & finalis. In, loci. A, ab, ex. Pro. Sicut, quasi. vsque, vsq; ad. Adeo vt, Intantum. Super, Apud, Iuxta. Post, postquam.

IIII. Est nota iurantis.

V. Ponitur loco ה Demonstratiui.

ש 1. Seruit pro Relatiuo אֲשֶׁר.

II. Ponitur pro, Quoniam, Quod, Propter.

III. Cum ל efficit articulum Genitiui שֶׁל. & prępoſito ב, בְּשֶׁל ſignificat, Propterea, propter: et recipit affixa.

De litteris deſeruientibus in principio, medio, & fine dictionis.

ה IN principio. 1. Conſtituit tres coniugationes, Hiphil, Hophal, Hithpaèl.

2. Format Imperatiuum, et Infinitiuum in Niphàl.

3. Eſt interrogantis, et admirãtis aduerbium, An, Numquid, Vtrum. et ſolet ad maiorem interrogationem, vel admirationem coniungi cum admirationis, et interrogationis particula, אִם, et הַאִם, Vtrum, An. Interdũ deſideratur ſupplendumq; eſt ex orationis filo.

4. Eſt aduerbium vocandi.

5. Eſt ſignum demonſtratiuum idem valens apud Hebræos, quod articulus apud Gręcos. Nõ apponitur nomini proprio. Interdum prępponitur & ſubſtantiuo, et adiectiuo ſimul, vt הָעָם הַזֶּה Populus iſte.

6. Verbo, vel Participio prępoſitum ęquiualet relatiuo אֲשֶׁר.

7. Ponitur loco א, vt dicemus infra.

In fine 1. Format genus fœmininum in adiectiuis. & tunc ordinariè habet ante se ָ cum accentu.

2. Est vna ex Paragogicis, de quibus infra.

3. Ponitur loco ל, vel אֶל, vt idem valeat, quod præpositio, Ad, vel In a vt *a Kèdhma* ad orientem. a קֵדְמָה

4. Ponitur loco ו, vt infra dicetur.

5. Format pronomen tertiæ personæ fœmininum, singulare, affixum, vt *b debbaràh* verbum eius, *c debbarèha* verba eius. b דְּבָרָהּ c דְּבָרֶיהָ

In medio format pronomen tertiȩ personæ masculinum, & fœmininum, plur. affixum, vt *d dibhrehèm* verba eorum, *e dibrehèn* verba earum. d דִּבְרֵיהֶם e דִּבְרֵיהֶן

ו 1. Est nota copulatiua, Et.

2. Prȩponitur ad initia librorum, vel sententiarum, ornatus gratia.

3. Significat interdum, autem, sed; quia, enim; sic, vel similiter; certe; vtrum; vt; Ne forte; tunc; quando; quamuis. Potest interdum explicari per particulas, vel, super, quanto magis, Numquid, cum, si, antequam, post, siue postquam, In.

4. Con-

4. Conuertit præteriti significationem in significationem futuri,& contrà.

In fine. 1. Format pronomen tertiæ personæ affixum.

2. In verbis format tertiam, & primam personam pluralem Præteriti;& Imperatiuum masculinum pluralem;& tertiam, & secundam personam masculinam pluralem futuri.

3. Est ex litteris Paragogicis.

In medio 1. Post primam radicalem est characteristica coniugationis Poèl,& signum Benonì in kàl, *f pokèdh* visitans. פּוֹקֵד f

2. Ante vltimam radicalem, est characteristica, Paùl, Infinitiui, Imperatiui,& futuri in coniugatione kàl.

' In principio. 1. *F*ormat nomina propria, de quibus infra.

2. In futuro signat tertiam personam masculinam vtriusque numeri.

In fine. 1. Præcedente ת signat primam personam præteriti, *g pakadhti* visitaui. פָּקַדְתִּי g

2. est signum secundę personæ fœmininæ singularis in Imperatiuo, & futuro.

3. Format nomina, de quibus infra.

4. Est littera Paragogica.

5. Est signum regiminis pluralis.

6. For-

6. Format pronomen primæ personę singulare affixum.

7. Est characteristica Paul in coniugatione kàl verborum quiescentium ל, ה.

In Medio 1. sequente ם finali constituit numerum pluralem masculinum, & dualem.

2. Est characteristica coniugationis Hiphìl.

3. Sequente ת finali format nomina fęminina.

4. Est characteristica secundarum, & tertiarum personarum præteriti verborũ quiescentium lamed, hè.

כ In principio. 1. Format gerundiũ, vt *h* *kiphkòdh* cum visitaret. h כִּפְקֹד

2. Est nota similitudinis, *i* *keshubhhalìm* sicut vulpes. Significat, Quando, circiter, Quasi. Interdum ascíscit particulam מן, & efficit integram dictionem כְּמִן sicut. & tunc recipere potest etiam affixa. i כְּשֻׁעָלִים

In fine. Format pronomen singulare masculinum, & fęmininum affixum nomini, & verbo, vt *k* *debbarechà* *l* *debbarèch* verbum tuum. k דְּבָרְךָ l דְּבָרֵךְ

In medio format pronomen pluralem

m דִּבְרְכֶם masculinum, & fęmininum, vt *m debbarkèm* verbum vestrum *n dibbrechèn* verba vestra.
n דִּבְרֵיכֶן

ם In principio 1. Format nomina deriuatiua, vt dicemus.

2. Format Participia in coniugationibus Pièl, Poèl, Hiphìl, Hithpaèl.

o מִפְּקוֹד 3. Format Gerundium, vt *o miphkòdh* à visitando.

4. Ponitur pro pręposition מִן. Significat autem, A, ab, materialem causam, p מֵחֹמֶר *p mehhòmer* ex luto; et efficientem, q מֵיְהוָה *q meadonài* à Domino; et motum à loco, r מִשָּׁם *r mishshàm* inde; et tempus, s מִיּוֹם *s mijjòm* à die; et partem, aut partes alicuius totius, aut vniuersalis, vt t מִנְּשִׁיקוֹת *t minneshikòdh* ex osculis, idest vno, aut pluribus osculis. Ponitur loco, Plus, Magis: quare est nota comparationis: Meliora sunt vbera tua u מִיַּיִן *u mijjàjin* vino, plus vino. Et loco, Cum, Pro, Propter, In significantis statum in loco.

x דְּבָרָם In fine. 1. Est Pronomen affixū *x debharàm* verbum eorum.

2. Format pluralem numerum masculinum, atque dualem.

In medio. Iuncta ו format pronomen plu-

pluralem tertiæ perſonæ maſculinæ, vt
y elèmo ad eos. y אֱלֵימוֹ

נ In principio. 1. Format nomina propria, vt dicemus.

2. Format coniugationem Niphàl.

3. Format primam perſonam pluralem futuri, vt *a niphkòdh* viſitabimus. a נִפְקוֹד

In fine. 1. Eſt littera Paragogica, vt dicemus infra.

2. Format pronomen tertiæ perſonæ fęmininum pluralem affixum nomini ſingulari, vt *b debharàn* verbum earum; b דְּבָרָן
& præcedēte ה format idem pronomen affixum nomini plurali, vt *c dibhrehèn* c דִּבְרֵיהֶן
verba earum; & præcedente כ, format pronomen fęmininum pluralem affixum, vt *d debharkèn* verba tua. d דְּבַרְכֶן

3. Format in præterito ſecundam perſonā pluralem fęmininam, vt *e pekadhtèn* e פְּקַדְתֶּן
viſitabitis.

4. Format nomina.

In medio. 1. Iuncta ו; ſignat primam perſonam pluralis numeri, vt *f pakàdhnu* f פָּקַדְנוּ
viſitauimus. & format pronomen plurale primę perſonæ affixum tum nominibus, tum verbis, vt *g deuarènu* verbum g דְּבָרֵנוּ
noſtrum. quod ſi in נ fuerit daghèsh,

pronomen efficitur singulare tertiæ per-
אֲגַדְּלֶנּוּ h ſonæ maſculinæ, vt *h agbaddelènnu* Magnificabo eum.

2. Iuncta ה, format in Imperatiuo ſecundam perſonam pluralem fęmininam,
פְּקֹדְנָה i vt *i pekòdhna* viſitate; & in Futuro ſecundam, & tertiam perſonam pluralem
תִּפְקֹדְנָה k fœmininam, vt k *tiphkòdhna* viſitabitis, viſitabunt. quod ſi in נ, fuerit daghèsh efficit pronomen fęmininum tertiæ per-
פָּקְדֶנָּה l ſonæ ſingularis affixum verbis, vt *l pokdènna* viſita eam.

ת In principio. 1. Format nomina, vt dicetur infra.

2. In futuris ſignificat ſecundam maſculini, & ſecundam, & tertiam fęminini vtriuſque numeri.

In fine. 1. Format nomina.

2. Significat numerum pluralem fœmininum.

3. In pręterito eſt ſignum ſecundę perſonę ſingularis maſculinę, & fęmininę.

4. Format infinitiuum verborum defectiuorum Pe Nun, & Pe Iod, & quieſcentium Pe Iod, & lamed א, & lamed ה.

5. Signat regimen ſingulare fœmininum.

In

In medio. 1. Eſt characteriſtica coniugationis Hithpaël.

2. In præteritis format primam perſonam ſingularem maſculinam, & ſecundam perſonam pluralem maſculinam, et fœmininam.

Diuiſio ſeruilium ſecundum earum officium in particulari conſideratum.

Litteræ ſeruiles habent officia quædam particularia, ad quæ indicanda, fictis quibuſdam, et artificialibus dictionibus nominantur, quę comprehendunt eas ſeruiles, quę tali officio deſeruiunt. ſecundum ergo ea officia ita diuiduntur.

Aliæ ſunt אֱהָוִי, nempè א, ה, ו, י, quę tunc ſolummodo ſic appellantur, quando conſiderantur, vel vt quieſcentes, vel vt inter ſe permutabiles.

Alię אֱהָוִין, quando ſunt litterę Paragogicę.

Alię בְּכְלָם, nempè ב, כ, ל, ם. ita dicuntur, quando ſeruiunt Infinitiuo pro gerundijs.

Alię אֵיתָן, א, י, ת, נ, quando

 for-

formant varias perſonas in futuro.

Alię האֶמַנְתִּי, א, ה, מ, נ, ת, י, quando formant nomina deriuatiua.

Aliæ משֶׁה וְכָלֵב, nempè מ, שׁ, ה, ו, כ, ל, ב. quę ita dicuntur quando in fronte dictionis מ ponitur pro pręposi- tione מִן, vel pro nota comparationis. שׁ, pro relatiuo אֲשֶׁר, vel ſignificat Quod cauſę. ה, pro emphaſi, ſeù ſigno demonſtratiuo; vel pro admiratione, vel pro ſigno interrogandi, vel vocandi, vel pro relatiuo אֲשֶׁר. ו pro, Et, quia, enim, ſic, ſimiliter, et cęteris, quę dicta ſunt cum de ו in principio. vel conuertit prętéritum in futurum, vel contra. כ, pro nota ſimilitudinis, vel pro nota coniecturali, vel quando eſt aduerbium temporis, vel affirmandi. ל Pro articulo, vel pro prępoſitione aliqua ex ſupradictis in eius generali officio, vel ſignificat Quod cauſæ. ב Pro ablatiuo inſtrumenti, vel pro prępoſitione, In, cum, ex.

De

DE LITTERIS אֶהֱוִי, et אֶהֱוִין.

Cap. I I.

DE tribus in hoc capite agendum eſt, De quieſcentibus, de permutabilibus, de paragogicis.

De Quieſcentibus.

HAE quatuor litteræ א, ה, ו, י, quieſcentes dicuntur, quia interdum nō funguntur conſonantium munere. Hoc autem illis accidit ex eo, quod olim ante inuenta puncta deſeruiebant loco vocalium: quare nunc poſt inuenta puncta adhuc in hebraicis dictionibus ſcribuntur; ſed quieſcunt. Earum natura eſt, vt ſemper adſint expreſſæ motionibus magnis, ſeù punctis longis; aut non expreſſæ, in ipſis lateant, et intelligantur adeſſe. Quando habent ſub ſe punctum, ſemper ſonant.

א Quieſcit in medio, et fine dictionis poſt omnes vocales longas; et interdum poſt ·.·, et -.

ה Quieſcit ſolum in fine poſt ˙, ¨, וֹ, vocales longas, et poſt ˙˙, et - breues.

Post alias vocales longas non facile reperitur; si reperiretur, quiesceret.

י Iod, quiescit in medio, et fine post ״, ׳, et hhirik. et post hhirik quidem in fine dictionis positum, ponitur semper Iod quiescens. Quiescit etiam post ׳, quando Iod est plurale, et sequitur affixum demonstrans tertiam personam singularem masculinam, vt * *debharàu* verba eius.

* דְּבָרָיו

ו Quiescit in medio, et fine sub hhòlem, et in scurèk. Qua ratione ex jod, et vàu fiant diphthongi, dictum est in lib. 1. par. 1. cap. 5.

De Permutabilibus.

EAedem litteræ אֶהֱוִי Permutabiles dicuntur, quod frequenter vna in aliam commutetur.

א Ponitur loco ה, vt Ruth. 1. 20. מָרָא Amaram. & pro Iod, Ezech. 43. 27. וְרָצְאתִי, & placabor.

ה Pro א Ezech. 11. 7. הוֹצִיא pro אוֹצִיא. & pro Iod, Nahum 2. 13. מַלְאָכֵכֵה

pro

מַלְאָכֵכִי . & pro ו , Gen. 9. 21. אָהֳלֹה pro אָהֳלוֹ Tabernaculum eius.

ו , Pro י , Isa. 16. הֱוִי esto, pro הֱיִי imperatiuo à הָיָה fuit. Iob. 3. שָׁלַוְתִּי pro שָׁלִיתִי fœlix fui.

י Pro ו , Esther 9. קִיַּם pro קוּם.

Permutari etiã solent, & hę cũ alijs litteris, & alię litterę inter se. א loco litterę geminatæ, Ps. 58. 8. יִמָּאֲסוּ pro יִמָּסְסוּ liquefiãt. ג pro ז . ז pro ס , ר , ד . ט pro ת . י , pro ת . כ , pro ב , ק , ג . ל , pro ב . ם , pro ן . ן , pro ם , ל , ה , & littera geminata. ס , pro ש . ע , pro ח . צ , pro ז , ס . ק pro ג . ש pro ס . ת , pro א , ה .

De Paragogicis.

QVinque sunt litteræ, quæ Paragogicæ dicuntur, seù superuacaneæ, & addititiæ, quod sæpè nihil significantes subiungantur dictionibus solius euphonię causa_ א , ה , ו , י , ן .

א Redundat Isa. 19. *a hoggà* commotio, pro *b bògh*. a הָגָּא

b הָג

ה , in voce *c làjla* nox, pro *d làjil*, c לַיְלָה

& in Infinitiuo, Imperatiuo, Futuro: & d לַיִל

tunc

tunc mutantur puncta eo modo, quo
e לְפָקְדָה propter affixa, vt e *lephokdà* ad visitandũ.
f שֹׁכְנִי ׳ Additur interdum Benonì,& Paul,
g שֹׁכֵן vt f *shochenì* pro g *shochèn*, & adiectiuis
fœminini generis, & Infinitiuo. 1.Esdræ
h לְדָרְיוֹשׁ c.10.v.16. inuenitur in medio, h *ledharjòsh*
i לִדְרוֹשׁ pro i *lidhròsh* ad quærendum.
ו Redundat psal. 104. k *hhàjethò* be-
k חַיְתוֹ stia pro l *hhàjath*.
l חַיַּת ן Additur tertiæ personæ præteriti plu-
m יָדְעוּן ralis numeri m *jadhebhhùn* cognouerũt.
& infinitiuo, ac futuro. quod accidit, etiã
n יְכַבְּדֻנְנִי si sequantur affixa, vt n *jechabbedhanàni*
o יְכַבְּדֵנִי pro o *jechabbedhàni* honorabit me.

DE NOTIS NVMERORVM.

Cap. III.

HEbræi vtuntur litteris Alphabeti ad notas numerorum indicandas. Distingunt omnem supputandi rationem in vnitates, decades, & centurias; idque ordine Alphabetico.

Vni-

Vnitates.

9	8	7	6	5	4	3	2	1
ט	ח	ז	ו	ה	ד	ג	ב	א

Decades.

90	80	70	60	50	40	30	20	10
צ	פ	ע	ס	נ	מ	ל	כ	י

Centuriæ.

900	800	700	600	500	400	300	200	100
ץ	ף	ן	ם	ך	ת	ש	ר	ק

Poſt 400. ad alias centurias aſſignandas ſolent non vti litteris illis finalibus, ſed adiungere ipſi ת alias notas hoc modo.

1000	900	800	700	600	500
תתר	תתק	תת	תש	תר	תק

Millenariæ.

5000	4000	3000	2000	1000
הא̈	דא̈	גא̈	בא̈	א̈

Aliqui non hoc modo millenarias effici volunt,ſignando duo puncta ſupra א̈, Sed ſignando virgulam rectam ſub Aleph,

Aleph, & alijs litteris, hoc modo, א֗ Mille, ב֗ 2000. &c.

Vnitates compositæ.

21	19	18	17	16	15	14	13	12	11
כא	יט	.יח	יז	יו	טו	יד	יג	יב	יא

Et ſic in reliquis decadibus vnitates adiunguntur. Pro quindecim autem non ponunt יה, quod vnum ex diuinis nominibus ſit, ſed loco illius ſcribunt טו.

DE PVNCTORVM DIVISIONE, ac Natura. Cap. IIII.

HActenus de litteris, nunc de Punctis. In quibus multa videnda ſunt: eorum Diuiſio, Natura, Seruilium punctatura, Punctorum Mutatio, ac Permutatio.

Quod ad diuiſionem attinet, ac naturam, ſiue officium punctorum: Puncta, alia regalia, quæ animæ litterarum, & motiones, & vocales appellantur; alia ſeruilia, quæ ſemper alijs inſeruiunt. Regalia quæ ſint, dictum eſt in 1. lib. p. 1. c. 2. Horum quinque longa, quinque bre-

breuia. Longa, liberam, & non impeditam pronunciationē poſtulant; ita vt cū conſonante, à qua feriuntur, libere per ſe ſyllabam faciant, & terminent; vt *a ghalà*. Quare non admittunt poſt ſe daghèsh, nec sheuà quieſcens, quæ miſcent ſequētem litteram cum præcedente ſyllaba. Sed ſi motio longa ſuffulciatur aliquo accentu, poteſt poſt illam eſſe daghèsh, et sheuà quieſcens, vt *b jàmma* in mari, *c shàmma* illic, *d pekòdhna* viſitate. Ex his intelligitur quare dictiones, quæ in fine habent punctum longum, terminentur per conſonantem: quia tales dictiones fere habent accentum in vltima ſyllaba. Rarò porrò contingit, vt poſt motionem longam, non ſuffultam accentu ſequatur daghèsh, vt in hac dictione *e battìm* ædes.

a גָּלָה
b יַמָּה
c שַׁמָּה
d פְּקוֹדְנָה
e בָּתִּים

Puncta breuia, minus temporis poſtulant, et trahunt poſt ſe ſequentem litteram in eandem ſyllabam. Quare poſt puncta breuia ſcribitur daghèsh, vt *f hinnè* ecce; et sheuà quieſcens, vt *g pikdù* viſitate. Si tamen poſt motionem breuem ſignetur accentus, littera ſequens rarò habebit daghèsh, vt *h bàjith* Domus,

f הִנֵּה
g פִּקְדוּ
h בַּיִת

i בֶּגֶד mus, i *bèghedh* vestis. accentus enim producit syllabam. Quidam tamen casus sunt, qui vsu obseruandi, in quibus post motionem breuem, quamuis ipsa non habeat accentum, non sequitur daghèsh, vt k *pekudhìm* numerati.

k פְּקֻדִים

De Punctis seruilibus.

SEruilia, quæ semper alijs inseruiunt. Horum alia seruiunt, vt virtutes Regalium suppleant: eaque duo sunt sheuà, et pàthahh suffuratum. Alia, vt consonantes variis modis afficiant: et sunt tria, daghèsh, mappìk, sibbòleth.

Sheuà duplex, simplex, et compositum. Simplex, aliud quiescens, et litteram suam ad præcedentem syllabam retrahens. Aliud sonans. De vtroque dictum est lib. 1. par. 1. cap. 3. Sed præterea notandæ sunt sequentes regulæ.

Regulæ de Sheuà simplici.

PRima Regula. Non inuenitur sheuà expressum in fine dictionis, præter quam in

in litteris בְּגַד כְּפַת, et in tribus præterea dictionibus, *l kòsht* veritas Prouer. 22. *m vaijàshk*, et potum dedit, Gen. 29. à *n shakà. o jàst* declinabit Prouerb. 7. à *p satà*.

l קֹשְׁטְ
m וַיַּשְׁקְ
n שָׁקָה
o יֵשְׂטְ
p שָׂטָה

Secunda regula. Omnis vltima littera, quatuor litteris אהוי exceptis virtute continet sheuà quiescens: nam trahitur extrema illa littera ad proxime præcedentem syllabam, siue longa, siue breuis illa fuerit.

Tertia regula. Post sheuà mobile nunquam sequitur daghèsh, vna tantum dictione excepta, *q shettàjim* Duæ. Nec post sheuà mobile sequitur alterũ sheuà.

q שְׁתַּיִם

Quarta. Si fuerit sheuà iuxtà litteram ׳, eius pronunciatio declinat ad hhirik, *Bjiòm*, in die, *Bjiàd*, in manu. Secundo si fuerit sheuà iuxtà litteras gutturales, eius pronunciatio declinat ad pronunciationem puncti, quod est sub gutturali, vt *Iaabbèdh* perdet, *Kihhi* accipe. Tertio si fuerit iuxta alias litteras, eius pronunciatio declinat ad pàthahh, vt *Galilìm*, circuli. Sed Hebręi nostri temporis non seruant pronunciationem secundi

* בְּיוֹם
* בְּיָד
* יְאַבֵּד
* קְחִי
* גְּלִילִים

cundi, et tertij dicti, ſed sheuà legunt, vt e, breuiſſimum.

De Sheuà compoſito.

a חֲטַף
פַּתַח
b חֲטַף
סֶגוֹל
c לֶאֱ
יָדַעְנוּ

COmponitur sheuà cum duobus punctis ּ, ֶ, et facit duo puncta אֲ *a hhatèph pàthahh*, ideſt raptum, ſeù paruum pàthahh, et אֱ c *b hhatèph ſegol*, ideſt raptum, ſeù paruum ſegòl. Hæc compoſitio fit, vt sheuà, quę rapidiſſime, et obſcuro ſono legendum eſſet, adiunctum cum -, et ּ, clarius, et lentius legatur ſub litteris gutturalibus, ad illarum faciliorem pronunciationem. gutturales enim cum ventoſę litteræ ſint, minus vocis habent, quàm alię, et tardioris morę, ac difficilioris ſunt prolationis. Quare hęc duo puncta, gutturalium propriè puncta ſunt, quę ſub gutturalibus ponuntur, quando ſub illis debet poni sheuà ſimplex. Ad exactiorem tamen doctrinam notandæ ſequentes regulę.

Prima. Sub gutturalibus in principio dictionis pro sheuà ſimplici ſemper ponendum sheuà compoſitum.

Secunda

Secunda. In medio dictionis, si litterã gutturalem pręcedat accentus grammaticus, habebit illa simplex sheuà, *c lo jadhagggnu* non nouimus, Prou. 24. c לֹא d יָדַעְנוּ

Tertia. Si hhirik ponatur sub littera seruili præcedente, gutturalis sequẽs habebit sheuà simplex, vt *l jihjè*, erit, Gen. 18. Sed si hhirik fuerit sub littera radicali, gutturalis sequens habebit punctum raptum, vt *m Kibhashù* mentiti sunt, Iosue 7. l יִהְיֶה m כִּחֲשׁוּ

Quarta. Sheuà simplex sæpè sub gutturali ponitur, vt fiat contractio duarum syllabarum in vnam ad pronunciationis decorẽ, vt *n nedàr* magnificus Exod. 15. pro *o needhàr*. In hoc autem casu sub littera præcedente gutturalem non solet fieri mutatio puncti, (vt in regula quinta dicetur,) sed remanere idem punctum, quod fuisset sub illa, si gutturalis sequens haberet punctum raptum. n נֶאְדָּר o נֶאֱדָּר

Quinta. Gutturales litteræ se, & præcedentes litteras notant, hoc est, si gutturalis littera habeat hhatèph pàthahh, pręcedens littera plurimum habebit motionem affinem, nempè pàthahh; si vero hhatèph segòl, præcedens habebit segòl,

p יַעֲלֶה vt *p jahhhale'* ascendet, *q jeesòph* addet;
q יֶאֱסֹף hoc etiam fit cum hhatèph Kamèts, vt
r יָעֳמַד *r jobbhomàdh* statuetur. Interdum sub
præcedente littera non est punctum affine puncto gutturalis sequentis, vt *f shibhahù*: Munera date, Iob 6.

f שִׁחֲדוּ

Sexta. Interdum, sed rarò puncta cōposita reperiuntur sub alijs, quam gutturalibus litteris. Primo: Reperiuntur potissimum quando eadem sequitur consonās in eadem dictione. Tunc enim ex his præcedens habet quandoque hhatèph pàthahh, vt *t tsalalù* Demetsi sunt, Exod. 15.

t צָלֲלוּ

Non sequente etiam eadem consonantē, vt *u rutaphàsh* succosus est, Iob 33.

u רֻטֲפַשׁ

Secundo. Quando ו præponitur litteræ affectæ sheuà, tūc sheuà solet dilatari per pàthahh, vt *x uzahàbh*, & aurum, Gen. 2.

x וַזֲהַב

Tertio. Deriuata à verbo *y berèch* benedixit, habent interdū sub ר hhatèph pàthahh, vt *z uaabharachèhu*, & benedicā ei, Gen. 27.

y בֵּרֵךְ
z וַאֲבָרֲכֵהוּ

Septima. Quando sheuà sequitur litteram gutturalem, ex puncto rapto litteræ gutturalis, demitur sheuà. & remanet ִ, & ַ, ne alterum sheuà sequens legatur, & fiat malus sonus, (nihil enim aliud

est

eſt ֱ ,et ֲ , quam sheuà compoſitum , et dilatatum,),vt *a nehephcha'* verſa eſt, Thren.5. non, *b nehephecha'* .

a נֶהֶפְכָה
b נֶהֶפְכָה

De Pàthahh ſuffurato.

DVæ litterę ע , et ח , in fine dictionis poſt vltimas quatuor motiones magnas,et nonnunquam poſt ִ, habent pa'thahh,poſt cuius vocem proferri debent, et ante-accentum,vt *c jodhèahhh* cognoſcens . Et quia huiuſmodi dictiones videntur longiores alijs vna ſyllaba , licet ea non ſit legitima ſyllaba : ideò illud pathahh, dicitur ſuffuratum,ſeù vſurpatum;quod pręter conſuetudinē aliarum , tales dictiones habeant-, ſub vltima dictionis littera.Apud Poëtas,et rhytmicos hoc-ſyllabam conſtituit. Porrò-ſuffuratum ponitur etiam ſub הּ habēte mappik, poſt tres motiones magnas, ֵ , וֹ, וּ . Huiuſmodi etiam ſyllaba illegitima reperitur in dictione *d jerushalà im*, vbi ponitur hhirik ſub ם, et legitur ante ם ,Ierushala'im.

c יוֹדֵעַ
d יְרוּשָׁלַםִ

De Daghèsh.

DAghèsh duplex, lene, & forte, de quibus lib. 1. p. 1. c. 4. dictũ est, quantum attinebat ad rationem legendi. nunc tradenda ea, quæ attinent ad orthographiã.

1. Regula. Post longam vocalem nunquam est daghèsh; quãquam esse potest, si longa vocalis notetur accentu, vt in principio huius capitis dictum est.

2. Post vocalem breuẽ semper est daghèsh, nisi vocalis illa notetur accentu, vt ibidem dictum est.

3. Post sheuà mobile, non est daghèsh, vt explicatum cum de sheuà simplici Regula 3. Nec post puncta rapta.

4. Post sheuà quiescẽs nõ est daghèsh, nisi in litteris בגד כפת, quæ habent daghèsh lene, exceptis paucissimis.

5. In principio dictionis non est daghèsh, præterquam in litteris בגד כפת.

6. Litterę בגד כפת in principio dictionis non habent daghèsh, si illas præcedat aliqua ex litteris אֶהֱוִי, in dictione continuata, idest eiusdẽ clausulę, siuè sententiæ. Intelligitur autem dictio

esse

esse eiusdem clausulæ, si non habeat vllum accentum regium, seù distinguentem orationem, & partes eius. vt Cant. 1. *a Im-lò thedhebhbhi làch*, si non cognoscis te, vbi *b thedehbhbì*, & *c lo* sunt continuatæ dictiones, & ideò ת nō habet daghèsh. Sed in hac Regula sūt aliquę exceptiones

a אִם-לֹא תֵדְעִי לָךְ
b תֵדְעִי
c לוֹא

1. Si aliqua ex הוי in fine præcedentis dictionis non quiescat, litteræ בגת כפת, quæ sunt in principio sequentis dictionis, habent daghèsh, vt Psal. 51. *d Sephathài tiphtàhh* labia mea aperies.

d שְׂפָתַי תִּפְתָּח

2. Habent daghèsh, si sint in dictione monosyllaba, aut in dictione habente accentum in penultima, & dictio præcedens terminetur in ה, pręcedente ֵ, præsertim si talis dictionis accentus distet ab accentu dictionis sequentis aliqua syllaba interiecta, vt Gen. 24. *e Artsa kenàhhhan* In terram Chanaam.

e אַרְצָה כְּנָעַן

3. Si dictio monosyllaba desinens in ה coniungatur per Makkaph cum dictione sequente, sequens dictio incipiens ab vna ex litteris בגד כפת habet daghesh, vt Psal. 30. *f ma-bètsahhh*, quæ vtilitas? Idem accidit, si dictio præcedens terminata in ה non sit monosyllaba, & dictio

f מַה-בֶּצַע

 sequens

יִשְׁבָּה־בּוֹ g sequẽs sit monosyllaba, vt *g iasbeua-bò* insufflauit in eo. Quod si monosyllaba, quę sequitur, nõ habeat vnã ex בגד כפת, sed aliam litteram, adhuc ea littera reci-
נְגְשָׁה־נָּא h pere solet daghesh; *h gesba-nna* appropinquare nunc. Aduertendum autem circa hanc sextam Regulam 1. Litteram ה interdum non exprimi, sed subintelligi, vt accidit in omnibus dictionibus terminatis in ָ, nulla sequente conso-
פָּקַדְתָּ i nante, vt *i pakàdbta*, idem enim est, ac
פָּקַדְתָּה k *k pakàdbtah*. 2. Quę in hac regula tradita sunt, interdum fallere. quæ lectione auctorum, & obseruatione disci poterunt.

7. Multæ sunt causæ, ob quas Daghesh forte infigitur. 1. Ad supplendum defectum litteræ Nun, in coniugatione Niphal, in Defectiuis Pe Nun, in Præpositione מִן 2. Ad supplendum defectum litteræ geminatæ in verbis duplicantibus secundam, & ad supplendum defectum litteræ ת in verbis, quæ habent tertiam radicalem ת, & quando in Hithpaèl ת, & ט conueniunt. 3. Ad ostendendam coniugationis grauitatem in Pièl, Puàl, & Hithpaèl. 4. Post ה demonstratiuum, & ו versiuum, nisi sequatur littera sheuata.

uata 5. Sed rarò, solius euphoniç caussa. Quod solet accidere in fine clausulę in tertia thematis, vt Isa. 64. *l barim nazòllu* montes defluerent. Et in littera sheuata, vt legatur sheuà, quod sine daghesh non legeretur, vt Psal. 89. *m hhhikkebhòth meshihbècha* vestigia Christi tui. Porrò gutturales, & ר, non recipiunt daghesh, vt in lib. 1. cap. 4. dictum est. Sunt tamen in scriptura nonnulla loca, in quibus reperitur daghesh in littera ר, & א. Vide Gen. 43. 23. 1. Esdr. 8. 18. Leuit. 29. 17. Iob 33. 20. 1. Reg. 1. 6. & cap. 10. 24. & 4. Reg. 4. 22. Prouerb. 10. 14. & cap. 15. 1, Cant. 5. 2. Psal. 52. 5. Hierem. 39. 12. Habac. 3. 13. Ezech. 16. 4.

ו הרים נזללו

מעקבות משיחך

8. Eæ litteræ, in quibus non infigitur Daghèsh, intelliguntur habere Raphè, de quo in lib. 1. dictum est par. 1. c. 4.

De Mappik, & Sibbòleth.

MAppik, idest eductor, quia educit sonum ex littera quiescente, idest, facit, vt quiescens littera sonet. Quare litteræ quiescentes cum in fine dictionis sonant, intelliguntur habere mappik.

מפיק

Scribi autem ſolet in littera ה cum illa debet ſonare hoc modo הּ, vel hoc הּ. Accidit autem hoc primo in affixo ſingulari tertiæ perſonæ fœminino, vt *n debharàh* verbum eius. 2. In nomine Dei, *o jàh*, *p elòah*. 3. In quatuor verbis, *q nagàh* ſplendere, *r Kamàh* deſiderare, *ſ gabhàh* ſuperbire, *t tamàh* admirari. Solet etiam mappik ſcribi in littera Iod, vt dictum eſt lib. 1. par. 1. cap. 5.

n דְּבָרָהּ
o יָהּ
p אֱלוֹהַּ
q נָגַהּ
r כָּמַהּ
ſ גָּבַהּ
t תָּמַהּ

Sibbòleth, eſt punctum, quod ſcribitur modo in dextro, modo in ſiniſtro cornu litteræ ש.

DE PVNCTIS LITTERARVM ſeruilium מֹשֶׁה וְכָלֵב

Cap. V.

HOc in loco agetur ſolũ de punctis ſeptẽ ſeruilium מֹשֶׁה וְכָלֵב de quarum munere dictum eſt in fine cap. 1. Nam quæ puncta ſeruiles recipiant, quando ad alia munera deſeruiunt, ex alijs harum Inſtitutionum locis facile intelligetur.

1. Ha-

מ 1. Habet punctum ſuum naturale, hhirìk, & imprimit daghesh in ſequentem litteram. 2. Ante gutturales, & ר, habet ordinarie tſerè. 3. Interdum ante ה, ח, & ר habet hhirìk, etiam ſi non poſſit imprimi daghesh in illas litteras. Sed hoc non obligat ex vlla lege. 4. Cum ponitur ante jod sheuatam, sheuà ſub jod euaneſcit, *a jemìn* dextra, *b mimìn* à dextra. 5. Cum dictione *c elohìm* fit eliſio ֱ ex א, & hhirik ſub מ, mutatur in ֵ, *d melohìm* à Deo.

a יָמִין
b מִימִין
c אֱלֹהִים
d מֵאֱלֹהִים

ש 1. Habet ֶ, & imprimit daghesh in ſequentem litteram. 2. Ante gutturales, & ר, retinet ֶ, ſed non imprimit daghesh. 3. Inuenitur interdum irregulariter cum ַ, quia ֶ, & ַ ſunt inter ſe permutabilia. Quod tamen ַ ante gutturales, producta ſyllaba per methegh, mutatur in ָ. Reperitur etiam cum sheuà ante dictionẽ monoſyllabam.

ה Cum eſt Demonſtratiua 1. Habet ſub ſe ַ, & imprimit daghesh in ſequentem litteram, ſi eius capax fuerit. 2. Ante gutturales א, ע, & ר, ordinarie habet ָ. Ante ה, & ח, retinet ſuum pàthahh. 3. Ante litteram gutturalem, & ר, quæ habent

habent ˙, ה demonstratiuum ordinarie habet ∵, licet ante ע interdum habeat -; & ante א, interdum ¨, sed talis mutatio non obligat. 4. Ante omnem tamen litteram gutturalem habentem ˙, in dictione monosyllaba, ה demonstratiua habet ˙, vt *e habàr* ipse mons, *f habhham* ipse populus; sed cū dictio non est monosyllaba, habet plerumq; segòl. 5. Ante litteras sheuatas, habet quidem semper -, sed liberum est imprimere daghesh in sequentem litteram, vel omittere. Et nihilominus sheuà mouetur, quia intelligitur daghesh in virtute. Non tamen imprimitur in litteram מ sheuatam in participijs coniugationis Piel, nec in litteram jod sceuatam, nisi immediate post litteram jod sequatur littera gutturalis.

e הָהָר f הֶעָם

ה Cum est aduerbium admirationis, vel interrogationis 1. Pro naturali puncto habet -:. 2. Ante gutturales ordinarie habet -. 3. Ante gutturales, quæ habent sub se ˙, ה habere debet ∵. 4. Ante litteras sheuatas, non admittit -:, sed purum -, ne duo sheuaim in initio concurrant. Sed hoc genus -, valde raro imprimit daghesh in sequentem litteram,

nisi

nisi ea sit seruilis; sed nec tunc quidem ex aliqua lege, quę obliget.

ה Signum vocandi, vel positum pro relatiuo אֲשֶׁר pro suo puncto habet -.

ו Quando est coniunctio copulatiua, vel significat, quia, vel, enim, &c. 1. Eius naturale punctum est sheuà. 2. Ante litteras בומף, mutat suum sheuà in ֻ. Non est tamen vocalis longa, nec sheuà sequens mouetur, nisi ו producatur per metegh. 3. Ante litteras quoque sheuatas accipit ו, nisi fuerit י sheuata, quia tunc habet hhirik, & euanescit sheuà sub jod, vt dictum est supra in littera מ, vt *g jemìn* dextra, *h vimìn*, & dextra. cum dictione tamen *i jehouà* habet -. 4. Cum dictione k *elohìm* fit elisio, & mutatio in ֵ, vt supradictum est in מ, vt *l uelohìm*, & Deus. 5. Ante litteras gutturales habentes punctum raptum, accipit punctum affine. 6. Ante dictionem monosyllabam, & ante habentem accentum in penultima, habet ָ vt plurimum.

g יְמִין
h וִימִין
i יְהוָה
k אֱלֹהִים
l וֵאלֹהִים

ו Conuersiua 1. Quando conuertit præteritum in futurum, ordinarie retinet suum sheuà cum supradictis exceptionibus,

bus, iuxta regulam iam traditam de ו copulatiua. Distinguitur tamen à ו copulatiua, quia ו conuertens semper reijcit accentum penultimæ syllabę in vltimam, nisi aliud obstet. Excipiuntur quiescentia lamed he, quæ retinent accentum in
וְגָלִיתִי m penultima, vt *m ueghalìthi*, & migrabo. Conuertit autem præteritum in futurum quando pręcessit aliud futurum, vel saltem non pręcessit præteritum. 2. Quando conuertit futurum in præteritum habet-sequente daghesh. Et quia א seruilis signum primę personæ futuri, non est capax daghesh, ו habet ָ. Accentum autem ab vltima syllaba in penultimam retrahit vt plurimum in futuris tertiæ personę singularis vtriusque generis, pręsertim in verbis פ, א, et ע, ו, et duplicãtibus secundã. De quibus vsus docebit.
כ, ל, ב. 1. Naturale punctum habẽt sheuà. 2. Cum litteris sheuatis accipiunt hhirìk. A jod sheuata eliditur sheuà, et
בִּימִין n fit hhirìk magnum, *n bimìn* in dextra.
אֱלֹהִים n 3. Cum dictione *n elohìm* fit elisio, et accipiunt ֵ, vt dictum est in מ, et ו:
4. Ante monosyllabam habent ָ vt plurimum, sed non semper omnes. 5. Ante

gut-

gutturalem habentem punctum raptum, accipiunt affine. 6. Regulariter nõ patiuntur post se ה demonstratiuum, sed tollunt per syncopem, & eius punctum tunc sibi vsurpant, nempe - sequente daghesh, vel ˙ , si sequens non sit capax daghesh. 7. Cũ Res est nota, recipiunt ˙ 8. ל Recipit ˙ cũ iungitur dictioni habenti accentum in penultima.

Reliqua, quæ ad certam regulam deduci non possunt, vsus docebit.

De Punctis איתן, בכלם.

1. Litteræ איתן, & בכל (nam de מ diximus supra in principio capitis 5.) habent punctum naturalem sheuà, quod sub א est compositum. Quod si sequatur alterum sheuà, aut daghesh, mutant illud in hhirik; sed א abiecto sheuà retinet ∵, vel - Ob hanc causam in futuro Kàl, et Niphàl א habet ∵, cæteræ hhirik. 2. Hæ litteræ ante gutturales; quæ habent sheuà compositum, recipiunt punctum affine. Quod etiam retinere

tinere ſolent, etiam ſi gutturalis ſequens
בַּעֲבוֹר o habeat sheuà ſimplex, vt *o babhhabbòr*,
יַחְקְרוּ p in tranſeundo, *p jahhſerù* deficient. exci-
לֵאמוֹר q pitur vox *q lemòr* dicendo, pro *r leemòr*.
3. littera ל, ſi infinitiuus ſit monoſylla-
לֶאֱמוֹר r bus, aut habeat accentum in penultima,
לָגוּר s accipit pro sheuà ָ, vt *s laghùr* ad pe-
לָשֶׁבֶת t regrinandum, *t lasbèueth* ad habitandũ.
4. Litteræ איתן in coniugatione Hiphìl habent punctum ִ pro hhirìk, et in Hophal ֻ. 5. De מ dictum eſt ſupra.

DE MVTATIONE PVNCTORVM.

Cap. VI.

MVltę ſunt cauſę, cur aliquando puncta vocalia mutantur. 1. Accentus. 2. Regimen genitiui. 3. Numerus multitudinis. 4. Genus fęmininum. 5. Coniunctio cum pronomine affixo. 6. Defectus alicuius litterę. 7. Litteræ gutturales. 8. Punctum sheuà.

De

De Mutatione ob Accentum.

ACcentus distinguentes, pręsertim septem primi, quales sunt Siluk, Athnàhh, et alij, de quibus infra cap.8. frequenter mutant vocales breues in longas, nempe in ַ ; ֶ in ֵ , ַ ; ֻ in וּ ; ֳ in hhòlem ; ִ in ִי , et ְ Mutatur etiam sheuà genuinum dictionis in ֶ Quare legimus שֶׁמֶשׁ Sol, pro שְׁמֶשׁ ; יִשְׂמָחוּ, pro יִשְׂמְחוּ lætabuntur ; חָפֵצוּ, pro חָפְצוּ volent, et similia. Interdum mutant vocales breues in breues, vt פְּקֶדְךָ pro פְּקָדְךָ, et longas in breues cum daghesh, vt יִפְקְדֻנִּי pro יִפְקָדֻנִי Ordinarie nomina sex punctorum propter sophpasuk mutãt primũ ֶ in ָ, pręter sequentia, quę nihil mutant. בֶּגֶד vestis, בֶּטַח confidentia, גֶּפֶן vitis, מֶלֶךְ Rex, מֶתֶג frenum, נֶדֶר votum, נֶצַח fortis, עֵדֶר Grex, צֶדֶק justitia, תֶּבֶן Palea, et aduerbium נֶגֶד coram. Nomen אֶרֶץ terra, etiam sine accẽtu distinctiuo mutat punctum ֶ in ָ, pręce-

prçcedentibus seruilibus ב, ה, ו, כ, ל, vt בָּאָרֶץ, etc. Sed in regimine nihil ob has seruiles mutat.

Accentus Maccaph, vt plurimum vocales longas mutat in breues, בֶּן־אָדָם filius hominis, pro בֵּן, מַה pro מָה quis, כָּל pro כוֹל omnis, מְלֹךְ regnare, pro מְלוֹךְ.

De Mutatione punctorum ob Regimen, Numerum pluralem, Affixa nominum.

NOmina, alia perfectissima, alia perfecta. Perfectissima, quæ sunt dissyllaba, & tres habent litteras radicales. Perfecta, quę sunt polysyllaba, et præter tres litteras radicales, habent alias seruiles. Imperfecta, quorum aliqua littera ex tribus radicalibus vel quiescit, vel deficit. Ea aut sunt monosyllaba, aut plurium syllabarum. Puncta autem, quæ mutãtur in quibusuis nominibus ob causas allatas, sunt tantum quatuor, ˙, ¨, ∴, ו.

De mutatione, quę in nominibus perfectissimis accidit, dictum est in 1. lib. par. 4. cap. 2. Hoc in loco numerabimus

nomina

nomina ſex punctorum, quę in mutatione punctorum, pro sheuà non admittunt hhirìk in principio, ſed pàthahh. Ea ſunt. 1. Quæ habent primam radicalem gutturalem, vt חֶרֶב gladius, חַרְבּוֹ. 2. Quę habent ſecundam gutturalem: quia ea ſub ſecunda habent pro sheuà ſimplici ־ֲ, ac proinde ſub prima punctum affine ־ַ, vt רֶחֶם vulua, רַחֲמָהּ. et licèt ſub ſecunda euaneſcat ־ֲ, et relinquatur sheua, tamen ſub prima eſt ־ַ, vt לֶחֶם panis, לַחְמוֹ. Huc ſpectant, quæ pro duplici ־ֶ, habent duplex ־ַ ob ſecundam gutturalem. 3. Ea, quæ ſequuntur: גֶּפֶן vitis. דֶּלֶת Porta דֶּרֶךְ via. זֶרַח ortus, ſcilicet Solis. זֶרַע ſemen. טֶרֶף pręda, folium. יֶלֶד filius, infans. כסף argentum. כרם vinea. מלך Rex. נפש Anima. סֶלַע Petra. פלג Riuus. פֶּרַע Nudatio, vltio, vindicta. צלם Imago. צֶלַע coſta, צמר lana, vel ſummitas. קדם oriens, antiquitas. קֶרַח glacies. קרן cornu. קרש tabula. רגל Pes. קשת arcus. שֶׁלַח Pomarium, gladius. שלם Pacificus. שמן oleum. תלם ſulcus.

Ex his nomen קֶרַח interdum irregulariter mutat ·.· in ‥ , vt קֶרְחוֹ glacies eius. quam etiam irregularitatẽ admittit רַהַב fortitudo, רָהְבָּם fortitudo eorum.

Nomina perfecta polyſyllaba nõ mutant, niſi duo vltima puncta, eodem modo, quo illa mutãt nomina perfectiſſima.

Imperfecta monoſyllaba, quæ habent puncta mutabilia, ſunt 1. Quæ deriuantur à radice Pe Nun. in quo ordine eſt vnum tantum monoſyllabum, נֵרְדְּ Nardus, quod ſequitur formam nominum perfectiſſimorum ſecundæ claſſis, In plur. נְרָדִים, cum affixo נִרְדִּי, etc.

2. Quę deriuantur à duplicantibus ſecundam. Ea in regimine ſingulari nihil mutant. In alijs mutationis cauſis infigunt daghesh in ſecundam, vt ſuppleant defectum tertię, quę decidit; et ideo mutãt punctum longum primę in breue, ' in -, ‥ in hhirik, ו in ⁝ Pręter quinque סַף limen, שַׂךְ laqueus, צַד latus, מַס tributum, פַּת buccella, quę mutant · in hhirik, vt סַף, סִפִּים, etc.

3. Quę

3. Quę habent ו in secunda. 1. Horum pleraq; nihil mutant. 2. Aliqua mutant ו quiescens in ו mobile. Ea sunt, דּוֹד lebes, שׁוֹק platea, שׁוֹר Bos. In plur. דְּוָדִים, etc. 3. Aliqua longas vocales in alias longas irregulariter mutant. Ea sunt, יוֹם dies, רֹאשׁ caput, עִיר ciuitas, In plur. יָמִים, רָאשִׁים, עָרִים, et cum affixis יָמָיו, עָרָיו, etc. Prçterea טוֹב bonus, in regimine טוֹב.

4. Quę habent ֶ, sequente Iod mobili, ea in omni causa mutationis mutant ֶ in ֵ, et Iod mobile in Iod quiescens, vt זַיִת oliua, in regimine זֵית, cum affixo זֵיתוֹ. Sed בַּיִת Domus, חַיִל exercitus, in plurali בָּתִּים, חֲיָלִים.

5. Quę deriuantur à radice habente in vltima ה. Si habent ֵ, illud sępe mutant in regimine plur. in sheua, aliàs nihil mutant. Excipiuntur אָב Pater, אָח frater, quę in regimine, et cum affixis recipiunt Iod, et interdum mutãt ָ in ֲ, vt אֲבִי כֵּיפָא. Pater Petri, אָבִי

Pater meus, אָבִיו Pater eius, אֲבִיכֶן Pater vester, אֲבִיהֶם Pater eorum, אָבוֹת Patres, quod in regimine, et cum omnibus affixis habet -: 2. Si habent ··, non mutant suum punctum. Excipitur בֵּן filius, quod in regimine singulari mutat ·· in ·.·, cum affixis in sheua, in plur. facit בָּנִים. Huius formam sequitur שֵׁם Nomen, שְׁמוֹ nomen eius, plur. שֵׁמוֹת nomina. 3. פֶּה os, vbiq; vertit ה cum ·.· in hhirik magnum. In regimine פִּי plur. פִּים, cum affixo פִּיךָ. 4. שֶׂה Agnus, In regimine שֵׂה, cum affixis mutat ה in Iod mobile, שֵׂיֵהוּ Agnus suus שֵׂיוֹ Agnus eius.

Imperfecta plurium syllabarum 1. Vel habent in secunda vau. & horum quædam in regimine, & cum affixis mutant vau mobile, in quiescens, vt מָוֶת mors, תָּוֶךְ medium, מוֹת, תּוֹךְ, cum affixo תּוֹכוֹ medium illius. 2. Vel habent in tertia א. Et horũ quędã habẽt duplex ··, quorum primum mutatur in sheua, in omni

omni cauſa mutationis,ſecundũ non mutatur.Quædam habent daghesh, vt כִּסֵּא thronus:& hæc in regimine ſingulari nihil mutant; In reliquis cauſis mutationis in aliquibus deficit daghesh à ſecũda littera, &ım mutatur in sheuà, vt in כִּסֵּא plur. כִּסְאוֹת, cum affixo כִּסְאוֹ. In aliquibus non deficit daghesh, & nulla fit punctorũ mutatio,vt חַטָּאָה peccatum, plur. חַטָּאִים, חַטָּאוֹת, cũ affixo חַטָּאתִי, in regimine plur. חַטָּאֵי.

3. Vel Deriuãtur à verbis habentibus in tertia ה. & hæc nomina 1. Vel habent in tertia Iod loco ה; atque hęc vel habent in penultima ſyllaba ִי: & habent mutationem tertię claſſis perfectorum,ideſt ִי mutatur vt ibi in ֳ.2.Vel nõ habent in penultima ִי; et hęc primum punctum mutant vt in perfectis;Iod autem vltimũ in plur. et cum affixis habent mobile, vt à עָנִי Pauper,fit עֲנִיִּים, עֲנִיֵּי, עֲנִיֶּיךָ, עֲנִיֶּיךָ. 3.Vel habent in vltima ה præcedente ֶ, vt שָׂדֶה ager. et hęc in regimine ſingulari mutãt ֶ in ֵ, שְׂדֵה.

in plur. et cum affixis in vtroque numero amittunt ה, שְׂדֵי, שָׂדִים, שָׂדֶךָ, שָׂדַי, שָׂדֵינוּ. primum autem punctum ָ non mutatur, nisi in regimine tum singulari, tum plurali in sheuà. 4. Vel deriuantur à verbis duplicantibus secundam. et hæc solent adiungere sibi מ seruile cum puncto ָ, מָגֵן clypeus. Hęc nunquam mutant punctum ָ. Secundum autem pũctum mutant eo modo, quo monosyllaba deriuata à duplicantibus secundam, de quibus supra in monosyllabis §. 2. 5. Vel deriuantur à quiescentibus Aijn vau, vt מָקוֹם locus. et hæc mutant puncta, vt dictũ est in nominibus perfectis.

Iam si nomina sint fœminina, eorum puncta fere eodem modo mutantur, quo masculinorum perfectorum. Quare si fęminina sint plurium, quàm duarum syllabarum, non habetur quo ad mutationẽ ratio, nisi duorum vltimorum punctorum. Iam, si fęminina terminantur in ה precedente ָ, ה in omni causa mutationis vertitur in ת, et ָ in regimine singulari, et cum affixis numero singulari mutatur prorsus, vt secundum ֵ nominum

minum primę classis, vt a שָׁנָה annus, reg. שְׁנַת, aff. שְׁנָתוֹ, &c. In numero, et regimine plurali, et affixis numero plurali, mutatur in וֹ, et cum affixis post litteram ת, adhuc recipit Iod, vt à צְדָקָה Iustitia, צִדְקוֹתָיו Iustitiæ ejus. Penultimū punctum, quod in his fęmininis mutationē recipit, est ָ, & ֵ. Neutrū in plurali absoluto mutatur; in omni alia mutationis causa vtrumque mutatur in sheua, vt à צְדָקָה regimen singulare צִדְקַת, cum affixo צִדְקָתוֹ, plur. צְדָקוֹת, reg. צִדְקוֹת, cum affixo צִדְקוֹתָיו.

Cum fœmininum terminatur in ת præcedente ֶ, si ante ֶ sit וֹ, sequitur normam tertię classis. & nomina fœminina huius formę non habent numerum pluralem. קְטֹרֶת suffitus, in regimine eodem modo, cum affixo קְטָרְתוֹ, &c. Cum procedit alterum ֶ, mutãtur puncta fere vt in nominibus secundæ classis. Itaque in regimine singulari nihil mutatur, in plur. primum mutatur in sheua ְ, secundum in ָ, in regimine plurali, & cum omnibus affixis siue nomen sit sin-

gulare, siue plurale, vtrumque mutatur in sheua; et ne duo sheuaim initio concurrant, primum sheua mutatur in ַ, vt קֶשֶׁת arcus, plur. קְשָׁתוֹת, cum affixo קַשְׁתּוֹ קַשְׁתוֹתָיו, etc. Aliqua ex huius formę nominibus nō habent numerum pluralem, nempe ea, quorum ת non est radicale. Desinentia in וּת, in plur. mutant ו in י, vt מַלְכוּת, מַלְכֻיוֹת.

Nunc agendum esset de puncti variatione, quod ponitur immediate ante pronomina affixa, seù in vltima nominis, cui pronomen affigitur. Punctum autem naturale, quod est sub tali littera, est sheua, siue illud scribatur, siue non scribatur. Sed qua ratione tale punctum ante affixa varietur tū in nominibus masculinis, tum in fœmininis, petendum est ex tabula Pronominis affixi, quæ habetur lib. 1. par. 2. cap. 4. eandem enim formam nominis דָּבָר cum suis affixis, seruant quo ad punctum ante affixa, cętera omnia nomina; exceptis nonnullis monosyllabis, de quibus in hoc cap. dictum est.

De

De Mutatione punctorum ob Genus fœmininum.

CVm à maſculinis formantur fœminina, ſolent puncta mutari eodem fere modo, quo mutantur in maſculino ſingulari, à quo fœmininum formatur, cum tale maſculinum recipit affixa, vt à מֶלֶךְ Rex, מַלְכּוֹ Rex eius, מַלְכָּה Regina פּוֹקֵד viſitans, פּוֹקְדוֹ viſitans eum, fœmininum פּוֹקְדָה. Fœmininum in participijs habet etiam aliam formam nempè duplex ·.· ; aut duplex ־, cum tertia radicalis eſt gutturalis, vt פּוֹקֶדֶת, יֹדַעַת cognoſcens. Interdum in ſecunda radicali retinet ·· loco sheua, vt נֹטֵרָה Cant. 1.6. pro נֹטְרָה.

De Mutatione ob affixa, & litteras Paragogicas verborum.

QVoad punctorum mutationem verba eodem fere modo ſe habent, quo

quo nomina. Quare hoc in loco conuenientiam, quam habent cum nominibus, breuiter attingemus; differentiam fuſius, & expreſſius. Duo autem punctorum genera in primis conſideranda ſunt; alterum eorum, quæ ſunt ſub littera, quæ immediate præcedit pronomen affixum; alterum eorum, quæ ſunt ſub cęteris verbi litteris.

Punctum, quod eſt ſub littera præcedente pronomen affixum, in aliquibus perſonis ſemper eſt idem, quæcumque affixa ſequantur; in aliquibus variatur. Semper eſt idem 1. hhirik magnum, in præteriti prima perſona ſingulari, & ſecunda perſona ſingulari fœminina; in Imperatiuo ſingulari fœminino; in futuri ſecunda perſona ſingulari fœminina. Secundo ו in præteriti perſonis omnibus pluralibus; in Imperatiuo plurali maſculino; in Futuri tertia, & ſecunda perſona plurali maſculina. In reliquis puncta ante affixa variantur. variatio autem eſt fere eadem, quę in nomine ſingulari cum ſuis affixis. Differt autem verbum à nomine 1. Quod verbum in cęteris quidem modis, & temporibus ante affi-

xa

xa הו, ני, נו, ם, ן, habet ֵ. In pręterito autem ante הו, ם, & ן ָ, ante נו, & ני ַ; quamquam in tertia fœminina contingit sheuà. 2. Ante נה, נו, הָ, verba habent ֶ. Aduertendum in tertia singulari fœminina, cum aduenit affixum, ה mutari in ת; & adueniente הו, & הָ, ה horum affixorum mutari etiã in ת euphonię gratia, & duo ת per daghesh coire in vnum, hoc modo פְּקָדַתּוּ pro פְּקָדַתְהוּ; פְּקָדַתָּה pro פְּקָדַתְהָ.
Aduertendum esse in accentu distinguente cum ךָ legendum פְּקָדֶךָ, vel פְּקָדָךְ, & cum ני, יִפְקְדֵנִי.

Punctum, quod est sub prima radicali aut est ִ, aut ֻ, aut sheuà. 1. vbiq; mutatur in sheuà, vt in nominib[9] perfectissimis primę classis. Excipitur Infinitiuus, vbi ִ mutatur in ְ; & si sequatur gutturalis, non mutatur. Hæc regula seruatur cum infinitiuo additur ה Paragogicum, vt לְמָשְׁחָה ad vngendum: quamquam interdum loco ְ ponitur ֳ, vt לְחֶמְלָה ad parcendum Exod. 30. 18. 2. ֻ sequitur etiam regulas nominum, idest non muta-

mutatur. Quia in verbis se habet vt ִי cū in nominibus est extra classes. 3. Sheuà manet immotum: nisi mutandum sit in hhirìk, ne duo sheuàjim in principio cō-currant. interdum autem loco hhirìk, est ֳ, cum additur imperatiuo ה Paragogicum, vt קָרְבָה accede, pro קִרְבָה Psal. 69. 19.

Punctum, quod est sub secunda radicali, aut est ֵ, aut ַ, aut ִי, aut ֹ, aut sheuà. Mutatur, vt in nominibus perfectissimis. Si post illud sequatur sheuà, manet immotum. 2. In tertia singulari masculina præteriti mutatur vt secundum punctum nominis singularis primæ classis cum suis affixis. 3. In Infinitiuo cum affixo ךָ mutatur in ֵ, vt à פְּתֹחַ aperire, פְּתָחֲךָ. cū כֶן, כֶם manet immotum, פְּתַחֲכֶם. cum cęteris omnibus mutatur in sheuà, vt פִּתְחוֹ. Hæc regula seruatur cum Infinitiuus recipit ה paragogicum, vt לְיִרְאָה vt timeas, Leuit. 6. 7. לְאַשְׁמָה, vt delinqueret. Atque idem dicendum de in futuro, etiam cum ה Paragogico.

ִי In Infinitiuo formæ פְּקוֹד, quod reci-

pit

pit ſolum tria affixa ךָ, כֶם, כֶן, mutatur in ֵ, vt דִּבְרֵךְ. In Infinitiuo formę פְּקוֹד, mutatur in sheuà, פָּקְדוֹ; niſi ſecunda ſit gutturalis: tunc enim mutatur in ֲ, vt אֲהֲבוֹ amare eum. In Futuro vertitur in sheuà; ſed cum affixis ךָ, כֶם, כֶן, in ֵ, vt יִפְקְדוֹ, יִפְקָדְךָ. cum ה Paragogico in ֵ.

ו Non mutatur.

Sheuà 1. In præterito in tertia plurali, & tertia ſingulari fęminina mutatur in ֵ, פָּקְדָתְנִי, פָּקְדָה; פָּקְדוּנִי, פָּקְדוּ.

In reliquis non mutatur.

Sub tertia radicali, quando eſt ח, vel ע, ſolet eſſe-ſuſſuratum. Illud in Infinitiuo vertitur in ֵ, & tunc ſub pręcedente littera, eſt ְ, vt à מְשׁוֹחַ, fit מְשָׁחֲךָ, &c.

In Hiphil nulla fit mutatio; præterquam in quieſcentibus Ajin vau, vbi ֵ litteræ gutturalis ה, vertitur in ֲ, vt הֲבִינֹהוּ. Quod ſi prima radicalis ſit gutturalis, ֵ vertitur in ַ, etiam ſine affixo. Atque eadem omninò ratio habenda eſt ipſius ה, in duplicantibus Ajin.

In

- In Benonì quieſcentium, & duplicantium Ajin, ·· litteræ מ, & in futuris in coniugationibus habentibus - ſub litteris אית̇ן, ˉ in sheuà conuertitur.

In quieſcentibus lamed ה, propter affixa euaneſcit ה tertia radicalis, vt in nominibus; & fit retrogradatio punctorum: nam sheuà, in quod mutandum eſſet ˉ primæ ſyllabæ, ſi tres radicales litterę exprimerentur, perditur, eodem ſeruato puncto ante pronomen, quod in פְּקָד, vt גְּלָהוּ pro גְּלָהְהוּ.

De Mutatione ob affixa, cum partibus indeclinabilibus.

SOlent affigi pronomina partibus indeclinabilibus, & punctorum eadem fere ratio ſolet eſſe, quæ nominum, & verborum, vt cum aduerbio אַיִן, vel

אֵין Non

אֵינֶנּוּ vel אֵינוֹ, אֵינְךָ אֵינֵךְ, אֵינֶנִּי vel
אֵינִי vel אֵינֶנִּי, אֵינָם vel אֵינֶמּוֹ, אֵינְכֶם
אֵינְכֶן, אֵינֶנּוּ, אֵינָהּ vel אֵינֶנָּה:

הֵן vel הִנֵּה ecce.

הִנּוּ

הִנּוֹ vel הִנֵּהוּ ,הִנָּהּ , הִנֵּךְ , הִנְּךָ , הִנְנִי vel הִנֵּנִי vel הִנֵּנִי , הִנָּם , הִנֵּן , הִנְּכֶם הִנְּכֶן , הִנְנוּ vel הִנֵּנוּ :

Cum præpoſitione אֵת , Cum, A,vel Ab, Ex vel De ◡ .

אִתּוֹ , &c. infigendo daghesh in ת , vt viſum eſt in הֵן .

ב , In . בּוֹ , בְּךָ , בִּי . cum reliquis affixis ponitur ־ ſub ב .

Aliquæ præpoſitiones habent י ante affixa more nominis pluralis, et eadẽ puncta habent ante affixa, quæ nomen plurale, vt ab אַחַר Poſt , אַחֲרֶיהָ ,אַחֲרָיו ,&c.

עַל ſupra , contra . עָלֶיהָ , עָלָיו , &c.

אֶל Ad, In , Apud , Super . אֲלֵיכֶם , אֵלָיו

Cum הֶן , הֶם , כֶן , כֶם habet ſub א ־ֲ , cum cęteris ‥ .

תַּחַת infra,ſub , ſubtus , pro . תַּחְתָּיו &c. &c. eodem modo .

Cętera vſus docebit.

De

De Mutatione punctorum ob defectum litteræ.

Litteræ seruiles אית״ן, ה, נ, מ, quæ ponuntur ante radicales in verbis, ob defectum litteræ radicalis solent in verbis imperfectis mutare puncta breuia in longa. Fit autem talis mutatio, quia post puncta breuia sequi solet daghesh, vel sheuà quiescens; quorum cum neutrum interdum sequi posit, necesse est mutari punctum breue in longum.

Primo igitur אית״ן, habent ˇ in coniugatione kàl, et Hiphìl tàm in verbis duplicantibus secundam, quàm in Ajin vau, Ajin Iod. Habent autem ·· in Kal verborum Pe Iod. Habent ו in Hophàl verborum duplicantium secundã, quiescentium Ajin vau, Ajin Iod, et Pe Iod. Habent וֹ in Hiphìl verborum Pe Iod. Habent ꞉ in Hophàl defectiuorum Pe Nun.

2. ה, habet ·· in tertijs personis præteriti Hiphìl verborum duplicãtium secundam, et quiescentium Ajin vau, Ajin Iod. Habet -: in reliquis personis preteriti Hiphìl eorundem verborũ. Habet ˇ in Infini-

Infinitiuo, et Imperatiuo Hiphìl eorundem verborum. Habet ֻ in Hophàl verborum duplicantium secundã, quiescentium Pe Iod, quiescentium Ajin vau,ajin Iod.Habet ֵ in Hiphìl verborum Pe Iod. Habet ֳ in Hophal defectiuorũ Pe Nun. 3. נ figuratiua Niphal habet ָ in tertijs personis preteriti,et in Benònì verborum duplicantium secundam,et quiescentium Ajin vau, Ajin Iod. 4. מ seruilis participiorum, quod in Pièl, Poèl habet sheua, in Hiphìl ־, in Hithpaèl hhirìk; mutat hoc modo puncta ob litterę defectũ. Habet ְ in Benonì Hiphìl duplicantium secundã, et quiescentium Ajin vau,Ain Iod.Habet ֻ in Paul Hiphìl eorundẽ verborum, et verborum Pe Iod.

De Mutatione ob litteras gutturales.

Litteræ gutturales 1. Mutant sheua simplex, quod deberet ex aliqua lege sub ipsis esse, in sheua compositum; et tunc littera præcedens solet recipere pũctum affine, vt dictum est cap. 4. cum de sheua composito. 2. Quia gutturales non sunt capaces daghesh,mutare solent

puncta breuia litterarũ ipſas præcedentium in longa, ad ſupplendum defectum daghesh, vt explicauimus cap. 5. cum de punctis ſeruilium. 3. In nominibus ſecundæ claſsis, tertia exiſtente ח, vel ע, mutatur ∵ præcedens gutturalem in ־; et ſecunda exiſtente ח, vel ע vtrumq; ∵ mutatur in ־.

De Mutatione ob Sheuà.

SHeuà ſiue ſimplex, ſiue compoſitum eſt cauſa, vt sheuà litteræ immediatè præcedentis mutetur in aliud punctum. Mutari autem ſolet 1. In punctum affine, ſi sheuà ſequens ſit compoſitum. 2. In hhirik, ſi sheuà ſequens ſit ſimplex, aut in ־, vt accidit in regimine plur. multorum nominum ſecundæ claſſis, aut in ∵, cum in forma abſoluti eſt ·· ſub ח, vel ע in nominibus ſecundæ claſsis.

De Mutatione ob ו *Verſiuum.*

ו COnuertens futurum in præteritum retrahit accentum ex vltima in penul-

nultimam, & mutat vltima puncta fere in ·.· , vt וַיֵּשֶׁב, & sedit, pro יֵשֵׁב. Mutat ו in ·:· .

DE PERMVTATIONE PVNCTORVM.

Cap. VII.

PErmutari solent puncta. Interdum enim ' ponitur loco -, & ·:·, & hhirik, & ··, & ·.·, & ו.

·· Loco ', & Hhirik, & -.

Hhirik pro -, ·.·, ו, ', ··.

Hhòlem pro ', ·:·, ו.

ו Pro ו, -, ·:·.

- Pro ·.·, ', :, Hhirik, ··.

·.· Pro ', -, Hhirik.

Sheuà pro Hhirik.

Exempla vide in Grammatica Pagnini lib. 1. cap. 27.

DE ACCENTIBVS.

Cap. VIII.

Voces Grāmaticales. Accentus. מַעַם Accētus in prima. מִלְעֵיל Accētus in vltima. מִלְרַע Accentus reges. מְלָכִים Accentus ministri. מְשָׁרְתִים & סְמוּכִים & מְמַשְׁכִים

ACcentus triplex, Rhetoricus, Grāmaticus, Musicus. Musicus, designat tonum, quo syllaba cani debet. Grammaticus attollit syllabam, vt accentus acutus Græcorum; & præterea distinguit orationē, vt apud Latinos puncta, & virgulæ. Rhetoricus non est accentus natiuus dictionis, sed aduentitius, ad venustatem pronunciationis inuentus.

De Accentibus Grammaticis.

ACcentus Grammatici, ijdem simul musici sunt, nec distinguntur figura ab illis. Triginta, & vnus numerantur, & diuiduntur in viginti Reges, et vndecim Ministros.

Regum (quos Latini distinguentes appellant) officium est, vt præter musices, et eleuationis vocis cognitionem, tanquam cola, commata, et virgulæ, per-

perfecti, et imperfecti ſenſus orationis etiam notitiam afferant. Quamquam ſeptem primis ſequentis tabulæ potiſſimum exceptis, reliqui grauitatem, et dignitatem afferre contextui orationis magis videntur, quam diſtinguere.

Miniſtri dicuntur, quod præcedant tamquam Miniſtri Reges, ſeù diſtinguentes accentus. Ipſorum eſt, non ſolum muſicę inſeruire, et ſyllabam attollere; ſed etiam continuare orationem, et ſyllabam, quam occupant, pertrahendam, ac celeritate quadam proferendam indicare, decoro pronunciationis ſeruato, donec ad accentum regem, qui diſtinguendi vim habet, ventum fuerit.

Nomina, & figuræ omnium regum.

סוף פסוק א	סגולה א	גרשים א
vel סילוק א	פשטא א	vel טרשים א
אתנח א	vel פשט	יתיב א א
זקף גדול א	פסק׀ א	זרקא א
זקף קטון א	לגרמיה׀ א	פזר גדול א
רביע א	גרש	פזר קטון א
תביר א	vel אזלא א	קרני פארה א
תפחה	vel טרס א	שלשלת א
vel טרחא		תלישה גדולה א

*Ait Geneb. differre Ietib accētū regiū à Sophar Mahuphach ministro qđ Ietib antegreditur pūcta oīa; Sophar vero primū faltē subsequitur.

Nomina, & figuræ omnium miniſtrorum.

א קַדְמָא	מַהְפַּךְ	מוּנַח
	vel	vel
b, א תַּרְסָא	א שׁוֹפָר מְהֻפָּךְ	א שׁוֹפָר יָשָׁר
	a א מְאַיְּלָא	vel
vel	א מֵירְכָא פְּשׁוּטָה	שׁוֹפָר הוֹלֵךְ
תְּלִשָׁא קְטַנָּה	א מֵירְכָא כְפוּלָה	א עִלּוּי
s א גַּרְגָּא	vel	א מְכַרְבֵּל
s א יֶרַח בֶּן יוֹמוֹ	תְּרֵין חוּטְרִין	

Circa accentuum figuras aduertendum, aliquas eſſe inter ſe ſimiles; dignoſci autem quis accentus ſit, ex alijs accentibus præcedentibus, et ſequentibus; vt legarmè, et Paſek ſunt ſimiles 'א indicat autem eſſe legarme accentus Munah pręcedens in eadem dictione, vt 'אֵל. Munah, Hillui, Mecarbel licet habeant eandem figuram א differunt, quod ante Zaceph caton in prima littera eſt Mecarbel, in ſecunda Hillui; eſt etiam Hillui ante athnah, vel zarcà; in alijs locis Munach. Alia, quæ ad accentuum diſtinctionem pertinent, perſequi non videtur neceſſarium.

a Geneb Signat cõtrario mõ א, vt Tarcha. In lib. pſal. Iob. et puerb. Tarcha initio dictionis, Meila in vltima, vel penultima collocatur.
b Pagnin' ſignat cõtrario mõ א; & ait Talſca minorè, & Tarcha, qui ſunt i fine dictionis, & Terè chucherim, & athnach in libro pſalm. et Iob, & puer. eſſe, vt accẽtus de ſeruientes.

Quod ad vſum attinet; quatuor accentibus vti poſſumus in ſcribendo, Silùk ad diſtinguẽdas periodos, cum duobus punctulis, hoc modo :אָ. Athnàh ad membrorum, Zachephcaton ad cõciſorum diſtinctionem. Reuia in minimis diſtinctionibus. et rurſus vti poſſumus Silùk ſine punctis ad ſignãdum accentum in dictionibus, in quibus nulla eſt orationis diſtinctio, hoc modo אָ.

Quantum ad accentuum grammaticorum ſedem, eæ regulæ tradi poſſunt. Accentus grammaticus in penultima ſyllaba collocatur

1. In omnibus nominibus, & verbis, quę habent ſegòl in vltima, vt בֶּגֶד veſtis, קֹדֶשׁ ſanctitas, תִּפְאֶרֶת gloria, מָוֶת mors, לֶכֶת ambulare. & idem dicendum de ijs, quæ habent pàthahh in vltima loco ſegòl, nẽpe quando vltima, vel penultima eſt ח, vel ע, vt דַּעַת ſcientia, פֶּסַח Paſcha. Hæc tamen regula locum non habet quãdo vltima thematis eſt ה, dicimus enim מֹשֶׁה Moſes, בּוֹנֶה ædificans. niſi forte ſequatur dictio monoſyllaba, aut millel,

i deſt

idest habens accentum in penultima, vt עֹשֶׂה פֶּלֶא faciens miraculum, בֹּנֶה עִיר ædificans vrbem.

2. In illis omnibus nominibus, quæ habent ·· , vel - ante Iod mobile, vt בַּיִת Domus, מִצְרַיִם Aegyptus. ad quam regulam pertinent omnia dualia.

3. In illis nominibus, quę desinunt in Iod præcedente hhirìk, si punctum penultimum fuerit hhòlem, vel segòl, vt חֹלִי infirmitas, שֶׁבִי captiuitas.

4. In illis, quæ terminantur in ו præcedente ה, vt בֹּהוּ vacuitas תֹּהוּ desolatio, פְּקָדָהוּ visitauit eum.

5. In præteriti secunda persona singularis numeri masculini generis, & prima persona communis generis vtriusq; numeri, vt פָּקַדְתָּ, פָּקַדְתִּי, פָּקַדְנוּ, visitasti, visitaui, visitauimus. Nisi forte adsit ו conuersiuum; tunc enim fere accentus ponitur in vltima, וְשָׂמַחְתָּ, & lætaberis, וְשָׁמַעְתִּי et audiam.

6. In præteriti tertia persona plurali, quando

quando propter pausam vertitur sheuà in punctum longum, quod solet esse illud, quod erat sub secunda thematis, vt לָמָדוּ didicerunt, pro לָמְדוּ, חָפֵצוּ voluerunt, יָכוֹלוּ potuerunt. Idem dicendum de tertia singulari fęminini generis, vt שָׁמָרָה custodiuit. Idem de tertia, et secunda plurali masculina futuri, vt יִפְקֹדוּ visitabunt.

7. In pręteriti tertia plurali, et tertia singulari fœminini generis verborũ quiescentium, vel duplicantium Ajin, vt בָּנוּ intellexunt, בָּנָה intellexit, סָבוּ circuierunt, סָבָה circuiuit. Item in plurali masculino, et singulari fœminino Imperatiui; in secunda singulari fœminina, et secunda, et tertia plurali masculina Futuri eorundem verborum quiescentium, et duplicantium secundam.

8. In tertia præteriti quando sequitur dictio monosyllaba, vel habens accentum in prima, vt בָּחַר בּוֹ elegit eum, שָׁלַח מֶלֶךְ misit Rex, דָּרְשָׁה צֶמֶר quęsiuit

ſiuit lanam. Quod etiam accidit Benonì fœmineo, et alijs verborum perſonis.
9. In plurali fœminino Imperatiui, et ſecunda, ac tertia perſona plurali fœminina futuri, vt פְּקֹדְנָה visitate, תִּפְקֹדְנָה viſitabitis, vel viſitabunt.
10. In coniugatione Hiphìl, in tertia ſingulari fœminina, et tertia plurali Prętẹriti; in plurali maſculina, et ſingulari fęminina Imperatiui; in ſecunda ſingulari fœminina, et ſecunda, et tertia plurali maſculina futuri, vt הִפְקִידָה, הִפְקִידוּ, הַפְקִידוּ, הַפְקִידִי, תַּפְקִידִי, יַפְקִידוּ, תַּפְקִידוּ.

11. In affixis nominum, cum affixum eſt נוּ, vt דְּבָרֵינוּ, דְּבָרֵנוּ verbum noſtrum, verba noſtra; vel ךָ, et ה pręcedente Iod quieſcente in ֵ, vt דְּבָרֶיךָ verba tua, דְּבָרֶיהָ verba eius. vel ךְ pręcedente Iod mobili, vt דְּבָרַיִךְ verba tua fœm. In verbis autem accentus eſt in penultima cum affixis הוּ, נִי, נוּ, נוּ, הָ, נָּה,

12. In omnibus habentibus - ſuffuratum, vt רוּחַ ventus. quamquam in talibus vocibus cenſendus eſt accentus eſſe in vltima, quia illud - non facit proprie ſyllabam diſtinctam à pręcedente. In reliquis omnibus tàm nominibus, quàm verbis accentus grammaticus collocatur in vltima.

De Accentu Rhetorico.

Accentus Rhetoricus duplex, alter qui retinet ſyllabam; alter, qui coniungit vnam dictionem cum altera ornatus cauſa.

Qui retinet ſyllabam triplex eſt. Primus dicitur מֶתֶג, ideſt fręnum, qui ad venuſtatem pronunciationis retinet, & producit punctum longum, quoties inter illud, et accentum grammaticum, ſiue natiuum dictionis, interponuntur ſyllaba, vel ſyllabę, vel sheuà; ne plus ſatis excurrat pronunciatio, ſitque nimis celer, et abrupta, vt וּבֵרַכְתָּ et benedices, primus accentus eſt Metheg, qui ſignatur vt linea perpendicularis. et aliquando pro ipſo

ipſo Metheg aliquis alius accentus ſignari ſolet, idem retinendi officium pręſtans.

Secundus dicitur Mazzè, cuius idem eſt officium, et ſcribitur ſupra litteram, hoc modo בּ֫.

Tertius dicitur נְעִיָא, ideſt Mugitus, et eſt retinaculum puncti sheuà, hoc modo בְ֑.

Qui coniungit vnam dictionem cum altera, appellatur מַקָּף, qui ita inter duas dictiones ſcribitur א־א.

SE.

SECVNDA PARS.

DE NOMINE.



Voces Grãmaticales. Nomen. שֵׁם Genus masc. לְשׁוֹן זָכָר Genus fem. נְקֵבָה Singulare. יָחִיד

MVlta sunt, quę ad hanc orationis partem spectant, Genus, Numerus, Casus, Terminatio, Mutatio punctorum, Diuisio, de his omnibus pręcepta tradentur, relictis ijs, de quibus in primo libro, et Mutatione punctorum, de qua in prima huius libri parte dictum est; de pronominibus etiam dicetur, et de affixis.

Plurale. רִבּוּי Constru-ctio, seu status regiminis. סְמִיכוּת Status absolutus. מוּבְרַת

DE GENERE.

Cap. I.

1 SVb genere masculino omnia fere cętera nomina comprehenduntur, de quibus non fit mentio in duobus sequentibus generibus.

Adiectiuũ. תּוֹאַר

2 Sub fœmineo includuntur 1. Nomina terminata in ה, et ת, vt in primo libro explicatum est. 2. Plurima, quę terminatio-

natione habent masculina, vt אֶבֶן lapis, אֵשׁ ignis, רוּחַ spiritus, שֶׁמֶשׁ Sol, et alia, quę vsus docebit: quę adiuncto verbo, vel participio, vel pronomine, vel adiectiuo, comprehenduntur esse fœminina. 3. Omnia membra, quę sunt à natura gemina, vt יָד manus, רֶגֶל pes, et reliqua quocumque modo terminentur. 4. Omnia propria nomina vrbium, et regionum יְרוּשָׁלַיִם, בָּבֶל. 5. Omnia fere nomina numeralia cardinalia, quæ terminantur, vt masculina.

3. Communia fere sunt nomina animalium, quæ sub eadem terminatione, quæcumque illa sit, sexum vtrumq; comprehendunt, vt בָּקָר bos, חֲזִיר sus.

4. Solent Hebræi in dedecus malorum hominum fœminino genere pro masculino vti tam in nominibus, quàm in verbis, participijs, et pronominibus, vt Amos 4. v. 1. Ierem. 3. à v. 5. Ad laudem vero, & gloriam strenuarum mulierum, quæ fecerunt aliquid laude dignum, crebrò vsurpant masculinum genus pro fœminino,

vt

vt Exod. 1. v. penultimo, Ruth. 1. v. 7. et 8.
Vtuntur etiam masculino pro fœminino, et fœminino pro masculino etiam in alijs, quam ad dedecus, et laudem spectantibus, vt Esa. 8. 22. a *vaaphelà menuddàhh* et caligo impulsa; Eccles. 7. 28. b *amerà Kohèleth* dixit Ecclesiastes.

a וַאֲפֵלָה מְנֻדָּח
b אָמְרָה קֹהֶלֶת

5. Quia c genus neutrũ non habent Hebræi, ad illud supplendum modo masculino, modo fœminino genere vtuntur. Masculino, vt Gen. 2. Non est bonum hominem esse solum. Hebr. bonus. Fœminino, vt Psal. 26. vnam petij à Domino.

c Hieron. in Eccl. 7.

DE NVMERO.

Cap. II.

1 QVędam nomina solum habent numerũ singularem, vt אֶחָד vnus, צֹאן pecus, זָהָב aurum. Ea solẽt esse nomina propria hominum, locorum, ciuitatum, regionum, species metallorum, et animalium. Præterea, Sol, Luna, panis, vinum, et alia. Præterea terminata in ת præcedente ∴ cum ת non est radicalis.

2. Quę-

2. Quędam habent pluralem solum, vt אַשְׁרֵי Beati, חַיִּים vita, אֻמִּים Populi, בְּתוּלִים virginitates, נְעוּרִים Pueritiæ, פָּנִים facies. Talia solent esse nomina ætatum.

3. Quędam solum dualem, vt מַיִם aquę, שָׁמַיִם cœli, רֵחַיִם molæ.

4. Quando pluraliter per dualem numerum loquendum est, dualibus nominibus adhiberi solent numeralia nomina, hoc modo: אַרְבַּע רַגְלַיִם quatuor pedes, שִׁבְעָה עֵינַיִם septem oculi.

5. Interdũ sumitur numerus pluralis pro singulari honoris causa, Gen. 42. 30. אֲדֹנֵי הָאָרֶץ Ioseph Domini terrę, pro Dominus.

DE TERMINATIONE.

Cap. III.

TErminatio singularis fœmininorum, vt in lib. 1. dictum est, exit in ה, vel ת, pluralis in וֹת. Masculina in singulari exeunt omnibus

modis, exceptis illis duobus fœminin orum proprijs; in plurali terminantur in ים. Sed multę sunt irregularitates.

Prima. Quędam terminationem habent masculinam, & sunt generis fœminini, & contra; vt numeri fere omnes cardinales.

2. Quędam in numero singulari terminantur vt masculina, & in plurali vt fęminina, vt אָב, אָבוֹת Pater, patres, שֵׁם, שֵׁמוֹת, Nomen, nomina.

3. Quędam in singulari terminantur vt fęminina, in plurali vt masculina יוֹנָה columba, יוֹנִים; שׁוֹשַׁנָּה lilium, שׁוֹשַׁנִּים; נְמָלָה formica, נְמָלִים.

4. Quędam in vtroq; numero terminantur vtroque modo, vt צִפּוֹר auis.

5. Quędam in singulari habent vtramq; terminationem, in plurali vnicam, vt לַיִל, לַיְלָה nox, לֵילוֹת noctes.

6. Quędam in singulari vnicam habent, & in plurali vtramque, vt יוֹם, יָמִים, יְמוֹת dies, שָׂדֶה, שָׂדִים, שָׂדוֹת, ager.

7. Quędam masculina in plurali non habent Iod, vt גּוֹיִם pro גּוֹיִיִם à גּוֹי, gens.

solet

ſolet autem omitti Iod ſignum pluralis, vt דְּבָרֶךָ verba tua, מִצְוֺתֶךָ precepta tua.

Interdum ponitur in plurali ן loco ם, Prouerb.31.3. מְלָכִין Reges.

Interdum in regimine plurali nõ omittitur ם, vt Exod. 28. 17. טוּרִים אָבֶן ordines lapidis, pro טוּרֵי.

Interdum terminatio regiminis ponitur pro forma abſoluta, vt מַלְאֲכֵי angeli pro מַלְאָכִים; עֶגְלַת vitula, pro עֶגְלָה. & contra interdum forma abſoluti ponitur pro forma regiminis.

Quædam nomina ſunt, quæ duplicant terminationem, vel litteram ob vehementiam, vt שָׁחוֹר niger, שְׁחַרְחֹרֶת valde nigra; vel diminutionem, vt יְרַקְרַק ſub uiridis.

DE NOMINVM DIVISIONE.

Cap. IV.

PRima Nominum diuiſio. Alia propria, alia appellatiua. Propria carent quatuor ſequentibus rebus: Numero plurali; Pronomi-

ne affixo; Regimine genitiui; ה demonstratiuo, si sint nomina propria personarum, nam quædam propria rerum aliarum habent ה demonstratiuum. Appellatiua, omnium rerum cuiuscumq; speciei. omnia habere possunt ea quatuor, quæ diximus. Neque aliud de his hoc in loco notandum est, quam quod quædam nomina appellatiua sint, quę nō solum rem vnam significant, sed etiam totam multitudinem collectiuè acceptam, vt צאן ouis, & grex ouium, בָּקָר Bos, & grex boum. Ex nomine proprio non possunt formari verba, quemadmodum ex appellatiuo, vt ex חֵמָר bitumen, fit verbum חָמַר bituminare.

Secunda diuisio. Nominū alia substantiua, alia adiectiua. Substantiua, quæ per se subsistunt. Adiectiua latius patent apud Hebræos, quam apud latinos. Omne enim nomen masculinum, licet alioqui per se subsistat, quod per adiectionem litteræ ה producit nomen fœmininum, ab Hebræis תֹּאַר, idest adiectiuum appellatur, vt מֶלֶךְ Rex, מַלְכָּה Regina; יוֹן columbus.

lumbus.

lumbus, יוֹנָה columba; נַעַר puer, נַעֲרָה puella. Hebręi vtuntur interdum participijs loco adiectiuorum proprie ſumptorum, ideſt accidens aliquod ſignificantiũ adhęrens ſubiecto.

Tertia Nominum diuiſio, quę in multis linguis reperitur, In poſitiua, comparatiua, ſuperlatiua, in hac lingua non accidit. Carent enim nominibus comparatiuis,& ſuperlatiuis Hebręi; & comparationem,ac ſuperlationem circumloquuntur per particulas יוֹתֵר Magis, מִן quàm, מְאֹד valde, vt יוֹתֵר חָזָק Magis fortis, טוֹב מִיַּיִן Bonus prę vino,ideſt melior vino. מְאֹד חָזָק valde fortis, ideſt fortiſſimus. & gemināt interdũ מְאֹד,vel nomẽ, vt גָּדוֹל בִּמְאֹד מְאֹד Magnus in valde valde, ideſt valde admodum, omnibus modis, ſupra modum; רַע רַע peſsimus.

Quarta diuiſio. Alia gentilica,alia Patronymica, quæ formantur per adiectionem litteræ Iod in fine, vt לוּד Italia, לוּדִי Italus; עֵבֶר Heber, עִבְרִי Hebræus. Diminutiua, quæ fiunt adiectione ן in fine,

vt אִישׁוֹן vir paruus. vel geminatione secundæ, & tertiæ litteræ, vt יְרַקְרַק sub uiridis, אֱלִילִים Deiculi.

Quinta diuisio. Alia Primitiua, alia Deriuatiua. Primitiua, quæ non aliunde deriuãtur, sed alia deriuantur ab ipsis. Radix enim ipsa, non semper est verbum, vnde nomina deriuentur, sed interdum est nomen, vnde verba deriuentur. Talia nomina sunt primitiua, vt רֶגֶל Pes, vnde verbum רָגַל obloqui, & in Piel, explorare. Porrò sciendum, radicem interdum esse tres litteras nihil significantes, à quibus tamẽ deriuãtur dictiones significatiuę, vt לאך nihil significat, sed ab ea deriuantur מַלְאָךְ angelus, מְלָאכָה substantia, opus. Deriuatiua, quę à radice deriuantur: de quibus sequenti capite dicendum est, & cap. 6. de Nominibus numeralibus, in quę sexta diuisione nomina diuidi possunt.

DE

DE NOMINIBVS DERIVATIVIS.

Cap. V.

1 Eriuantur à radice nomina quatuor modis. Per solam punctorum mutationem, Per litteræ additionem, Per detractionem, Per additionem, & detractionem simul.

2 Per solam punctorum mutationē deriuantur, vt מֶלֶךְ Rex à מָלַךְ regnare, דֶּרֶךְ via, à דָּרַךְ tendere, & alia. Horum radices reperire facillimum est, quia nullam à radice litteram detrahunt, nullam illi adiungunt.

3 Per additionem formantur nomina, cum ad radicem additur vna ex his litteris הֶאֱמַנְתִּי.

ה Format nomina, quando additur in fine dictionis cum accentu in penultima, vt לַיְלָה nox, à לַיִל. Si enim fuerit accentus in vltima, ה non est formatiua nominis, sed signum generis fœminini. In principio non format nomina, sed est ה demonstratiuum.

א Format nomina, quãdo præponitur, & sub se habet ֲ, aut ֶ vt אַשְׁמוּרָה custodia, אֶצְבַּע Digitus.

מ Pręponitur, & sub se hhirik, aut ַ requirit, vt מִזְמוֹר psalmus, מַאֲכָל cibus. Interdũ, sed raro postponitur, vt שִׁלְשׁוֹם Nudius tertius.

נ Pręponitur cum format nomina propria, vt נַפְתָּלִי נִמְרוֹד. Cum cętera format, postponitur, & interdum est simul nota diminutionis, vt שַׁבָּתוֹן Sabbatulũ, אִישׁוֹן paruus.

ת Interdum pręponitur, & sub se habet hhirik, aut pàthahh, vt תִּדְהָר cedrus, תַּלְמִיד discipulus. Inter dum postponitur, vt גָּפְרִית sulphur, מַלְכוּת regnum. Interdum pręponitur, & postponitur, vt תִּפְאֶרֶת gloria. Interdum etiam habet sheuà, vt, תְּהִלָּה laus.

י Præponitur cum format nomina propria, יִצְחָק, יַעֲקֹב. Postponitur cum format nomina gentilia, vel patronymica, vel numeralia ordinalia, vt עִבְרִי Hebræus,

bræus, צָרְפָתִי Gallus, שֵׁנִי ſecundus. Porrò numeralia ordinalia per adiectionem litteræ ת, & genus fœmininum formant, & aduerbium, vt שֵׁנִי ſecundus, שֵׁנִית ſecunda, vel ſecundò. at nomina gentilia, & patronymica per adiectionem ת, ſolum aduerbia ordinarie producũt, & non niſi raro nomen generis fœminini, vt עִבְרִי Hebræus, עִבְרִית hebraice. Fœminina exeunt in יָה, vt עִבְרִיָּה hebræa, מוֹאֲבִיָּה Moabitis fœmina. Interdum tam exeunt in ת, vt שׁוּנַמִּית Sunamitis, אֲרַמִּית Syra mulier.

4. Per detractionem formantur nomina 1. Ab illis radicibus, quarum prima eſt Nun, vel jod, vt שִׂיא ſublimitas, à נָשָׂא leuare; שִׂיג apprehenſio, à נָשַׂג attingere; צֵא ſordes, à יָצָא exire. 2. Ab illis, quarum ſecunda eſt vau, vt גֵּר Peregrinus, à גּוּר Peregrinari; צַר hoſtis, à צוּר obſidere. 3. Ab illis, quarum tertia eſt ה, בֵּן filius, à בָּנָה ædificare; אַב Pater, ab אָבָה velle. 4. Ab illis, quarum ſecunda,

da, & tertia ſunt ſimiles, vt חֵץ ſagitta, à חָצַץ ſagittare, עֹז fortitudo, עָזַז a fortificare ◡.

5. Per adiectionem, & detractionē ſimul formantur illa nomina, quę deriuantur à radicibus proxime notatis, & ſimul aſciſcunt vnam ex litteris Ehemanticis, ideſt ex illis ſex, אהמנתי.

Quę enim fiunt à radice, quarum prima littera eſt Nun, admittunt vt plurimum in principio מ cum ־, ſequente daghesh, vt מַטָּע Plantatio, à נָטַע plantare ◡. Duo habent ה, הַצָּלָה, הַכָּרָה.

Quę fiunt à radice; cuius prima eſt jod, accipiunt in principio מ, vel ת, cum hhòlem, vt מוֹשָׁב cathedra, à יָשַׁב ſedere; תּוֹדָה confeſſio, à יָדָה confiteri.

Quæ fiunt à radice, cuius ſecunda eſt ו, aſciſcunt Mem in principio cum ־, מָקוֹם locus, à קוּם ſurgere. Admittunt etiam aliàs litteras, vt ה in initio, vel fine; ה, vel ו in fine. quæ omnia vſus melius docebit.

Quæ fiũt à radice, cuius tertia eſt ה, ſolēt ה mutare in ו, vel י mobile, vel quieſcēs,

addi-

addito in fine ן, vel ת, vt גָּאוֹן à גָּאָה; גָּלוּת à גָּלָה; פִּרְיוֹן à פָּרָה; & præpoſito מ, vel ת, מַרְבִּית, תַּרְבִּית, תַּרְבּוּת à רָבָה.

Quę fiunt à radice, cuius ſecunda, & tertia ſunt ſimiles, accipiunt initio מ cum ˙, aut ¨, מָסָךְ aulęum, à סָכַךְ tegere, מֵסַב circuitus, à סָבַב circuire.

6. Circa nomina Deriuatiua notanda ſunt aliqua.

Primum. In nominibus deriuatis à verbis perfectis, litteras הֶאֱמַנְתִּי præpoſitas plurimum ſub ſe habere vel -, vel ∴, vel hhirik paruum, ſequente sheuà quieſcente ſub prima radicali.

Secundum. Deriuata à Pe jod, ſolere habere iod quieſcens poſt מ, vel ת, vt מֵישָׁר, תִּירוֹשׁ. Plurimum tamē mutare jod in ו, vt תּוֹשָׁב, מוֹקֵשׁ. quędam omninò abijcere jod, vt דַּעַת à יָדַע. Quædam occulere in ו, vt בּוּל à יָבַל.

Tertium. Deriuata à quieſcentibus ו ע, alia præfigere primę thematis מ, cum ˙,

vt מָגוֹר. alia מ, vel ה cum sheua, vel ה cum ־ׇ:, vt הֲנָחָה, תְּקוּמָה, מְכוֹנָה. Alia א cum ׳, vt אָסוּךְ, אֱרוֹשׁ. Alia nullam litteram à fronte habere: quarum aliqua retinent vau, vt רוֹעַ; aliqua mutant in ׳, vt צָר; aliqua in hhirik magnum, vt סִיג; aliqua in ־, vt גֵר; aliqua in jod quiescens post ¨, vt צֵידָה.

Quartum. In deriuatis à ל ה fœmininis terminatis in ה, cadere alterū ה, quod erat tertia radicalis, ne fiat concursus duplicis ה. Quare dicitur, מִצְוָה præceptum, pro מִצְוָהָה à צָוָה precipere. Quæ terminantur in ן, vel ת, fere habent pro ה radicali vel ו, vel ׳ quiescens, vt עֶלְיוֹן à עָלָה, מַרְבִּית à רָבָה. ה Tertia radicalis, modo amittitur, vt שַׁל à שָׁלָה; נֵה à נָהָה, modo mutatur in jod quiescens; vt קְלִי à קָלָה, נְיִ à נָהָה; modo in ו quiescens, vel mobile, vt תְּאוֹ à תָּאָה, שָׁלֵו, שַׁלְוָה, שָׁלִיו à שָׁלָה.

Quintum. Non apparere differentiam

inter

inter deriuata à duplicantibus ע״, & quiescentibus ע״, in singulari. Differunt tamẽ, quod deriuata a duplicantibus ע״, in plur. & cum affixis, recipiunt in secunda daghesh; vt קֵן, plur. קִנִּים: & ״ sub מ semper retinent inuariatum, vt מָגֵן, מְגִנִּים. Quorum neutrum accidit in deriuatis à quiescentibus ע״.

DE NOMINIBVS NVMERALIBVS. Cap. VI.

NVmeralia, alia Cardinalia, vt vnũ duo, &c. alia Ordinalia, vt primus, secundus, etc. Circa Cardinalia sunt aduertenda quatuor. 1. Quod exceptis paucis, masculina terminentur vt fœminina, et contra. 2. Quod numeralia numeri siugularis gaudeant substantiuis numeri pluralis; et contra. 3. Quod forma pluralis (incipiendo à ternario) decupla proportione superet singularem in valore vsq; ad denarium exclusiue; cuius numerus pluralis solummodo duplã proportionẽ ad singularẽm obtinet. 4. Quod in cõpositione pręsertim in Genealogijs, minor numerus singularis maiori plurali vt plurimum pręponitur.

Numeri Cardinales.

Gen. Fœmin. Regim.	Gen. Fœmin. Absol.	Gen. Masc. Regim.	Gen. Masc. Absol.	
אַחַת	אַחַת	אַחַד	אֶחָד	a vnus.
שְׁתֵּי	שְׁתַּיִם	שְׁנֵי	שְׁנַיִם	b Duo.
c שְׁלשׁ	שָׁלוֹשׁ	שְׁלֹשֶׁת	שְׁלֹשָׁה	Tres.
אַרְבַּע	אַרְבַּע	אַרְבַּעַת	אַרְבָּעָה	d Quatuor
חֲמֵשׁ	חָמֵשׁ	חֲמֵשֶׁת	e חֲמִשָּׁה	Quinque
שֵׁשׁ	שֵׁשׁ	שֵׁשֶׁת	שִׁשָּׁה	Sex.
שְׁבַע	שֶׁבַע	שִׁבְעַת	שִׁבְעָה	f Septem.
שְׁמוֹנֶה	שְׁמֹנֶה	שְׁמוֹנַת	שְׁמוֹנָה	Octo.
תְּשַׁע	תֵּשַׁע	תִּשְׁעַת	תִּשְׁעָה	Nouem.
עֶשֶׂר	h עֶשֶׂר	עֲשֶׂרֶת	עֲשָׂרָה	g Decem.
עֶשְׂרֵה	אַחַת	עָשָׂר	אַחַד	Vndecim.
עֶשְׂרֵה	שְׁתֵּים	עָשָׂר	שְׁנֵים	Duodecim.

a Dicit et אֲחַד, & חַד, & אַת.

b Numer⁹ duorum, & trium solet diminuere, & sumi pro paucis. Septenari⁹, denarius, millenarius auget.

c Inuenitur etiam שְׁלֹשֶׁת vt masc.

d אַרְבַּעְתַּיִם bis quatuor, idest octo.

e cũ affixo, חֲמִשְׁתּוֹ

f Iob 42. 13 שִׁבְעָנָה

g In cõiunctione cum alio numero dr̃ עֶשֶׂר vt אַחַד עָשָׂר vndecim.

עשר

עָשָׂר in maſculino,& עֶשְׂרֵה in fœminino coniunguntur cum reliquis numeris vſque ad viginti,vt,שְׁלשָׁה עָשָׂר Tredecim, &c. Numeri autem illi ponuntur in forma abſoluta, ſolus numerus שְׁנַיִם, & שְׁתַּיִם iungitur in regimine.

h In cõiunctione cum alio numero עֶשְׂרֵה vt אַחַת עֶשְׂרֵה vndecim. Dĩ ẽt עַשְׁתֵּי עֶשְׂרֵה vndecim.

A viginti vſque in infinitum nomina numeralia communis generis ſunt, & quando iunguntur minori numero, minor vt plurimum præcedit. עֶשְׂרִים viginti, אֶחָד וְעֶשְׂרִים vnus, & viginti. שְׁלשִׁים triginta. אַרְבָּעִים quadraginta. חֲמִשִּׁים quinquaginta. שִׁשִּׁים ſexaginta. שִׁבְעִים ſeptuaginta. שְׁמוֹנִים octoginta. תִּשְׁעִים nonaginta, מֵאָה, & plur. מֵאוֹת centum. מָאתַיִם Ducenti. שְׁלשָׁה מֵאוֹת, vel שְׁלשֶׁת trecenti, שְׁלשׁ מֵאוֹת trecentę, &c. præponendo numeros minores vſque ad nouem incluſiue. אֶלֶף, & plur. אֲלָפִים Mille. אַלְפַּיִם Duo millia. שְׁלשֶׁת אֲלָפִים Tria millia,&c. præponendo minores numeros ſecundum formam abſoluti, vel regiminis, & ſubiungendo אֲלָפִים, vel אֶלֶף vſque ad decem millia incluſiue,

vt תְּשַׁעַת אֲלָפִים, & תִּשְׁעָה אֶלֶף Nouem millia; עֲשָׂרָה אֶלֶף, & אֲלָפִים רְבוֹת עֲשֶׂרֶת Decem millia. רְבָבָה, et רִבּוֹא et, רִבֹּוֹא, et רִבּוֹ, et רִבֹּאוֹת Decem millia. רִבֹּותַיִם viginti millia. Dicitur etiam שְׁתֵּי רִבּוֹ. שְׁתֵּי אֲלָפִים עֶשֶׂר עַשְׁתֵּי vndecim millia. אֶלֶף שְׁנֵים עָשָׂר Duodecim millia. etc. אֶלֶף עֶשְׂרִים viginti millia, אֶלֶף שְׁלֹשִׁים Triginta millia, etc. אֶלֶף עֶשְׂרִים וְאַרְבָּעָה viginti, et quatuor millia. מֵאָה אֶלֶף, et רִבּוֹ רִבְוָן, מְאַת אֶלֶף centum millia. אֶלֶף מָאתַיִם Ducenta millia. שְׁלֹשׁ מֵאוֹת אֶלֶף Trecenta millia, etc.

Aduertendum numeralia admittere affixa, vt שְׁנֵינוּ ambo nos, שְׁלָשְׁתְּכֶם Tres vos, etc.

Nume-

Numeri Ordinales.

ORdinalia nomina ſunt adiectiua; et non ſunt niſi vſque ad decem incluſiue. Supra decem vtuntur Hebræi numeris Cardinalibus pro ordinalibus.

Primus, רִאשׁוֹן. Prima, רִאשׁוֹנָה.

Secundus, שֵׁנִי, plur. שְׁנַיִם. Secunda שֵׁנִית, & שְׁנִיָּה, & מִשְׁנֶה.

Tertius, שְׁלִישִׁי, plur. שְׁלִישִׁים, & שָׁלִישׁ & שָׁלֵשׁ. Tertia שְׁלִישִׁית, & שְׁלִישִׁיָּה.

Quartus, רְבִיעִי, & רֶבַע & רוֹבַע.
Quarta, רְבִיעִי, & רֶבַע.

Quintus, חֲמִישִׁי. Quinta, חֲמִישִׁית, & חֹמֶשׁ.

Sextus, שִׁשִּׁי. Sexta, שִׁשִּׁית.

Septimus, שְׁבִיעִי. Septima, שְׁבִיעִית.

Octauus, שְׁמִינִי. Octaua, שְׁמִינִית.

Nonus, תְּשִׁיעִי. Nona, תְּשִׁיעִית.

Decimus, עֲשִׂירִי. Decima, עֲשִׂירִית, & עֲשִׂירִיָּה.

DE PRONOMINE.

Cap. VII.

Pronomen כִּנּוּי

Affixum. כִּנּוּי

PRonomina alia ſeparata dicuntur, quòd in oratione ſeparatim reperiantur: alia inſeparata, quòd ſemper cum aliqua orationis parte componantur; quæ etiam affixa ſunt appellata, quòd ita fini dictionum ſemper affigantur, vt cum illis vna videatur eſſe dictio. Pronomina ſeparata in nominatiuo tantum, & vocatiuo reperiuntur. quamquam in pronominibus primæ, et tertiæ perſonæ vocatiuus non reperirur. Ad reliquos caſus in primitiuis nominibus formandos, particulis quibuſdam pronomen affigitur, vt videre eſt in tabellis lib. 1. par. 2. cap. 4. deſcriptis. Sciendum autem caſus, qui per ש formantur, genitiuos proprie non eſſe, ſed periphraſes ad poſſeſſionem ſignificandam: vt Cant. 1. כַּרְמִי שֶׁלִּי, vinea mea, quę mihi. Sed tamen hæc frequentius per poſſeſſiua pronomina exprimũtur: nam יָדִי, ma-

nus mea, potius dicimus; quàm יָד שֶׁלִּי manus quę mihi.

In pronomine primitiuo aliæ voces reperiuntur, præter illas, quas in tabellis primi libri posuimus. Nam in prima persona legimus אֲנֹכִי ego. in ablatiuo מֶנִּי, et מִנִּי à me. in plurali אֲנַחְנוּ, et נַחְנוּ, Nos. In secunda persona masculina in Datiuo לָךְ, et לְכָה Tibi. in accusatiuo אוֹתָךְ, et אוֹתְכָה Te. in plur in ablatiuo מִכֶּם à vobis. In secunda persona fęm. plur. in nominatiuo אַתֶּנָה vos. in Datiuo לָכֶנָה vobis. In tertiæ personæ masculinæ ablatiuo singulari מִנֵּהוּ, et מִנְהוּ ab eo. in nominatiuo plur. הֵמָּה illi. in Datiuo לָמוֹ illis. in ablatiuo מֵהֵמָּה ab illis. In tertia fęm. plur. in nominatiuo הֵנָּה illæ. in accusatiuo אוֹתְהֶן, et אוֹתֶנָה vos, in ablatiuo מֵהֵנָּה à vobis.

Pronomen Affixum.

PRonomina Affixa ſolent hęc eſſe. Numeri ſingularis

Primę perſónę, י, נִי, & interdum נִּי euphonię cauſa.

Secundę perſonæ maſculinæ ךָ, & כָה, & interdum כֵה.

Tertię perſonę fęmininę ךְ, & interdum כִי precedente sheuà.

Tertię perſonę maſculinę ו, וֹ, הוּ, & ſolum verbis affixa, נְהוּ, נּוּ. Inuenitur etiam pro הוּ, poſitũ הִי. et pro וֹ, poſitum ה precedente hhòlem, vt כֻּלֹּה. vbi ה eſt loco וֹ, vt dictum eſt par. 1. cap. 2. de Permutabilibus.

Tertię perſonę fœmininę ה, הָ, ה, נָּה.

Numeri pluralis, primę perſonę, נוּ. Secundę maſculinę, כֶם. Fœmininę כֶן, et addito ה, כֶנָה.

Tertię maſculinæ ם, הֶם, הֵמָּה; מוֹ.

Fœmininę ן, הֶן, נָה, הֵנָּה.

Circa connexionem nominis cum pronomine aduertenda ſunt aliqua.

1. Cum

1. Cum nomen est plurale, siue masculinum, siue fœmininum, semper ante affixum habet jod, vt דְּבָרֶיךָ verba tua, תּוֹרוֹתֶיךָ leges tuę. Sed nonnumquam jod decidit, pręsertim ante הוּ. 2. Cum nomen est singulare ante ךָ habet sheuâ; sed sępe reperitur segòl, & accentus in penultima.

Pronomen Demonstratiuum, Relatiuum, Interrogatiuum.

1 DEmonstratiua, Relatiuum, Interrogatiua, articulos more nominũ admittunt. לְזֶה huic, אֶת־זֶה hunc, מִזֶּה ab hoc. לְאֵלֶּה his, אֶת־אֵלֶּה hos, has; מֵאֵלֶּה ab his. לַאֲשֶׁר cui, quibus. אֶת־אֲשֶׁר quem, quam, quos, quas, quod, quæ. מֵאֲשֶׁר à quo, à qua, à quibus. לְמִי cuius? cui? quorum? quarum? quibus? אֶת־מִי quem? quam? quos? quas? מִמִּי a quo? a qua? à quibus?

2. Quando post מִי, מַה, מֶה, מָה, sequitur relatiuum אֲשֶׁר, vel שֶׁ; illud

מֶה, vel מָה non censetur esse interrogatiuũ, sed relatiuũ, vt Eccles. 1. מַה שֶּׁהָיָה id, quod fuit. quamquam hoc quoque vulgatus Interpres vertit, quid est, quod fuit? et septuaginta τί τὸ γεγονὸς;

3. Et si reciprocis Hebręi carere videntur: eorum tamen loco vtuntur affixis tertiæ personæ in verbis, nominibus, et alijs orationis partibus, quæ affixa recipiunt. in cæteris integra pronomina eiusdem personæ adhibent. Ergo דְּבָרוֹ explicabitur, Verbum eius, et verbum suum: שָׁמַר אוֹתוֹ, vel שְׁמָרוֹ custodiuit eum, vel custodiuit se. עָלָיו Super eum, et super se. Porrò ex orationis contextu, vtra significatio sit vsurpanda, facile intelligetur.

PARS

PARS TERTIA.

DE VERBO.

PRincipio dicemus quæ omnibus coniugationibus cōmunia ſunt; tum quæ ad ſingulas perfectorum, et imperfectorum verborum coniugationes ſpectant.

DE QVIBVSDAM HEBRAICIS vocibus, quibus appellantur ea, quæ accidunt verbo.

Cap. I.

HEbræi verbum appellant פֹּעַל,et primam thematis, ſiue radicis litteram פ Pe,ſecundam ע Aijn, tertiam ל lamed,ab antiquo Paradigmate פָּעַל, quod his tribus litteris conſtat; à quo etiam coniugationum nomina ſunt deſumpta, vt prima appelletur פָּעַל, ſecunda נִפְעַל, tertia פִּעֵל, quarta פֻּעַל quinta פּוֹעֵל,ſexta הִפְעִיל,ſeptima הָפְעַל, octaua הִתְפַּעֵל, vel הִפַּעֵל.

 Coniu-

Coniugationes autem בִּנְיָנִים nominantur. Modus Indicatiuus, הֹוָה. Imperatiuus, צִוּוּי. Infinitiuus, מָקוֹר. Preteritum, עָבָר. Participium actiuum בֵּינוֹנִי. Participium preteriti passiuum, פָּעוּל. Futurum עָתִיד, & אֵיתָן. Tempus זְמַן.

Verba Perfecta, שְׁלֵמִים. Quiescentia נָחִים. Defectiua חֲסֵרִים. Geminata, siue duplicata כְּפוּלִים. Transitiua, יוֹצְאִים. Intransitiua, neutra, עוֹמְדִים. Passiua, נִפְעָלִים. Personę. נִדְבָּרִים. Persona masculina singularis יָחִיד. Fœminina יְחִידָה. Masculina pluralis, רַבִּים, Fœminina רַבּוֹת. Tertia persona masculina singularis הַנִּסְתָּר Fœminina נִסְתֶּרֶת; secunda persona masculina נִמְצָא, fœminina נִמְצֵאת. Prima מְדַבֶּרֶת בַּעֲדָהּ, et מְדַבֵּר בַּעֲדוֹ. Tertia pluralis communis נִסְתָּרִים, et נִסְתָּרוֹת. Secunda plur. masculina נִמְצָאִים בְּמַאֲמָר

Prima

Prima pluralis מְדַבְּרִים בַּעֲדָם, et מְדַבְּרוֹת בַּעֲדָן. Modi פָּנִים. Anomalum זָר.

DE TRANSITIVIS, Intransitiuis, et alijs verborum generibus.

Cap. II.

TRansitiua verba sunt, quæ actionem significant transeuntem in passum ab agente distinctum, vt פָּקַד visitauit. Quædam transitiua transeunt in tertium, vt facio te scribere litteras. Intransitiua sunt, quæ significant actionem immanentem, vt עָמַד stetit. Hæc non recipiunt pronomina passiua, vt me, te, se; nec dictionem, quę rem significet patientem, vt אֶת; nec habent Participia passiua. Actiuum verbum est, quod actionem; passiuum, quod passionem significat: neutrum, quod nec actionem significat, nec passionem, vt Habitare, Manere, adhærere. Actio autem stricto modo dicitur de actione transeunte in passum ab agente distinctum: quare ver-

bum

bum neutrum dici solet verbum intransitiuum, quia non significat actionem trãseuntem in passum distinctum, nec passionem ei actioni respondentem; licet actionem immanentem significet. Hoc modo sola verba Transitiua sunt actiua; et passiua sunt sola verba significantia passionem actioni transeunti respondentem. Commune, quod et actionem, et passionem indicat. Deponens, quod sub voce passiua significat actionem. Neutra in voce actiua, et passiua reperiuntur. Omnia porrò transitiua sunt actiua, et omnia neutra sunt intransitiua.

DE CONIVGATIONVM Numero, et Amplitudine.

Cap. III.

VErbum est dictio, quæ actionem, aut passionem significat in tempore. Potest autem quinque modis significari actio, vt ab agente proficiscens, nempè vel simpliciter, vel ab agente in se ipsum, vel in tertium immediate, sed simpliciter; vel in tertium immediate, sed cum vehementia; vel in

tertium

tertium mediate. Primus, et tertius significandi modus exprimitur per coniugationem kal, quę est lenis. Secundus per Hithpael. Quartus per Piel. Quintus per Hiphìl. Coniugationi kal, vt continet verba transitiua, et Piel, ac Hiphìl, respondent tres coniugationes passiuę, Niphal, Pual, Hophal. Hithpael autem non respondet coniugatio passiua, quia cum contineat actionem agentis in se ipsum, idem est agens, et patiens; quare non debuit diuerso modo significari actio, diuerso passio. Sunt ergo septem coniugationes kal, Niphal, Piel, Pual, Hiphìl, Hithpael. Quibus addenda octaua Poel; quæ licet non distinguatur significatione à Piel, et Hiphìl, quia fere continet verba significantia actionem in tertium mediatam, et immediatam cum vehementia; differt tamē voce, vt patet: et in hac coniugatione quiescentia Aijn ו, et Aijn י, et duplicantia secundam, inflectuntur more verborum perfectorum.

Verborū amplitudo triplex est. vna ex parte significationis, qñ vna, eadēq; radix in vna, eadēq; cōiugatione multa signifi-

cat,

cat,vt פָּקַד in kal ſignificat viſitare,et memorare,et pręcipere,et numerare, et deeſſe, et conſtituere,et alia.et hæc amplitudo non eſt coniugationis, ſed eſt fęcunditas radicis, de qua Theſaurus docebit. Altera eſt amplitudo ex parte formę exterioris,vt quando vna,eademque coniugatio habet varias formas, ſicut kal habet ˙, et -, vel ˙, et ¨, vel ˙,et ֹ, et ſic in alijs coniugationibus; et de hac amplitudine dicetur in coniugationibus ſingulis. Tertia eſt amplitudo ipſius coniugationis,nempè quando vna, eademque coniugatio continet in ſe varia genera verborum,vtpote Actiua,Paſſiua, Neutra,Communia; Actiua immediate, vel per aliquod medium. huius amplitudinis cognitio, ad linguam Hebraicam intelligendam eſt valde neceſſaria, de qua agemus hoc in loco.

In coniugatione kal ſunt verba *a* Pure actiua tranſitiua; *b* & intranſitiua, ac neutra; *c* & quæ interdum tranſitiua ſunt,interdum neutra;& quæ nunc actiua ſunt,nunc paſsiua;& quæ ſolummodo paſsiuam ſignificationem habent.

a גָּרַשׁ eiecit.
b אָבַל luxit, עָמַד ſtetit.
c הָלַם conteri, & conterere.

In

In Niphal, ſunt paſsiua, quę in kal ſunt actiua tranſitiua: & paſsiua, quæ in Kal ſunt neutra: & Paſsiua, quæ in kal quoque ſunt paſsiua: & Actiua, quæ non ſunt in kal, ſed in Niphal primò reperiuntur: et Paſsiua cõtra regulam, licet in Niphal primo reperiantur: et Neutra, ſeu intranſitiua, quę in Kal ſunt actiua tranſitiua: *d* & Neutra, quę in Kal quoque neutra ſunt: *e* et reciproca, quæ in Kal ſunt actiua, vel neutra.

d נִהְיָה fuit.
e נִלְפַּת inclinauit ſe.

In Piel, *f* Actiua actione immediata, et forti, quę in kal quoque actiua ſunt, ſed in gradu remiſſo, vel modo ordinario. hoc accidit etiam formæ Poel: *g* Neutra maiore vehementia, quę in Kal quoq; neutra ſunt: *h* Actiua tranſitiua actione immediata, quæ in kal ſunt neutra: *i* Actiua mediante alio, quę neutra ſunt in Kal: Nunc neutra, nunc actiua vehementia, quę in Kal ſunt ſolummodo actiua: Nũc actiua, et nunc paſsiua, quę in Kal ſunt actiua, vt videre licet in forma Poel: Actiua in gradu remiſſo, quaſi in kal, quia nec in Kàl, nec in Niphal reperiuntur: Actiua eiuſdem gradus cum kal,

f גֵּרֵשׁ eiecit valide.
g צִמַּח Germinauit.
h אִבַּד Perdidit.
i הִלֵּךְ Ambulare fecit.

licet ibi quoque reperiantur: Actiua disparatæ significationis: Actiua contrariæ significationis.

In Pual continentur solum verba illa, quę semper sunt passiua correspondentia actiuis in Piel. Illud solum notandum est. Quod hęc coniugatio nunquam reperiatur cum mentione sui agentis.

a האכיל comedere fecit.
b הטיף Stillauit. quæ pauca sunt.
c השליך Proijcere.
d האביד Perdere fecit.
e האדים Rubuit.
f השכים mane surrexit.

In Hiphil. *a* Actiua per aliquod mediũ, quæ in kal sunt actiua actione immediata: *b* Actiua actione immediata tam in Hiphil, quam in Kal: *c* Actiua actione immediata, quia non reperiuntur ante Hiphil: Actiua actione mediata, licet ante Hiphil nõ reperiãtur: *d* Actiua actione mediata, sicut quędam in Piel, quę in Kal sunt neutra: Actiua actione mediata à neutris in kal, sed longe aliter, quam in Piel: *e* Neutra, quę etiam in Kal neutra sunt, in eadem significatione: Nunc actiua, et nunc neutra, quæ in Kal neutra sunt in eadem significatione: *f* Neutra, quę non reperiuntur in kal.

In coniugatione Hophal continentur solummodo verba passiua correspõden-

tia actiuis in Hiphil: ſed ea duplicem paſſionem ſignificant.

In Hithpael, Actiua reciproca ab actiuis in Kal: Actiua, vel neutra ſignificantia vt in kal, quia non reperiuntur, niſi in Hithpael: Neutra, et hic, et in Kal in eadem ſignificatione: Neutra hic, et in kal, ſed diſparatę ſignificationis: Neutra, vel actiua in kal, hic autem reciproca, ſed in contraria ſignificatione.

Iam quando aliquod verbum inuenitur tranſitiuum, et intranſitiuum in eadē coniugatione kal, et non reperitur alibi, non debemus formare illud tranſitiuum in Piel, vel Hiphil: ſed, ſi non reperiatur, niſi intranſitiuum in kal, poſſumus illud formare tranſitiuum in Piel, vel Hiphil, vt docet R. Dauid in Michol. Præterea notanda ea Regula: Omne verbum, quod in aliqua coniugatione reperitur in vſu præterquam in Kal, fere ſemper eſt exponendum in ſignificatione Kal.

DE TEMPORVM PERMVTATIONE Cap. IV.

INuenitur in ſacris litteris temporum permutatio. 1. Ponitur præteritum pro futuro multis in locis, præſertim in Prophetis, propter rei certitudinem, vt Gen. 17. 16. Benedicam ei, & dedi ex ea tibi filium, prò dabo. 2. Præteritum pro Infinito, vt 2. Sam. 12. 14. נָאֵץ נִאַצְתָּ׳ Blaſphemādo blaſphemaſti. Ezech. 13. 3. וּלְבִלְתִּי רָאוּ propter non videre, vt non videant. 3. Participium Paſsiuum pro actiuo, & contra. 4. Infinitiuus pro præterito, Imperatiuo, & futuro. 5. Imperatiuus pro futuro. 6. Futurum pro præterito, præſertim quando præcedit dictio אָז, id eſt Tunc, vt Exod. 15. 1. אָז יָשִׁיר. Tunc canet, pro cecinit. & pro Imperfecto Gen. 29. 2. יַשְׁקוּ Propinabant gregibus. & pro præſenti, & Infinito.

DE ALIIS QVIBVSDAM, QVÆ VERBORVM PERFECTORVM Coniugationibus communia.

Cap. V.

1 TRes coniugationes Piel, Poel, Hiphìl, Hithpael, in Participijs ante primam radicalem habent litteram מ, quę sub se in Piel, & Poel habet sheuà; in Hiphìl in Benonì -, in Paul ּ; in Hithpael hhirìk paruum.

2 In omnibus paſsiuis coniugationibus, ideſt, Niphal, Pual, Hophal, Hithpael, deſideratur participium præteritum, ſiue paſsiuum.

3 In Niphal, Pual, Hophal, participium pręſens idem eſt cum præterito; niſi quod in præterito vltimum punctum eſt pàthahh, in participio *Kamèts*.

4 In omnibus coniugationibus Infinitiuus, & Imperatiuus ſingularis maſculinus voce ſunt ſimiles.

DE VERBIS PERFECTIS.

DE CONIVGATIONE KAL.

Cap. VI.

Paradigma.

Imperatiuus.	לומדת	*Praeteritum.*
למוד M.	לומדות	למד S.M.
למדו	*Paul.*	למדה F.
למדי F.	למוד M.	למדת M.
למודנה	למודים	למדת F.
Futurum.	למודה F.	למדתי Com.
אלמוד S C.	למודות	למדנו P.C.
ילמוד M.	*Infinitiuus.*	למדתם M.
תלמוד M.	למוד vel	למדתן F.
תלמוד F.	למד	למדנו C.
תלמדי F.	בלמוד *Gerundia.*	*Benoni.*
נלמוד P.C.	כלמוד	לומד M.
ילמדו M.	ללמוד	לומדים
תלמדו M.	מלמוד	לומדה F vel

A Kal

A Kal reliquæ coniugationes dependent: circa cuius tum naturalem, tum accidentalem statum sunt nonnulla obseruanda.

Obseruationes circa statum naturalem.

PRæteritum, In radice vel habet ָ, & ַ, vt פָּקַד, quæ forma communis est; & interdum duplex ˙. vel ָ, & ֵ, vt דָּבֵק adhęsit, quæ forma in sola radice manet, & in Benonì. vel ָ, & ֹ, vt קָטֹן minoratûs fuit, quæ forma in toto præterito retinet hhòlem, vbi forma communis habet ַ, a & in reliquis sequitur communem. In reliquis format personas addendo ad radicem, ה, & interdum ה præcedente ָ; תָ, & interdum תָּה, תָ, תִי, תְ, וּ, תֶם, תֶן, נוּ. Sub secunda radicali in secunda persona plurali communiter est ַ; interdum ֵ, & hhirik.

Benonì, In singulari numero generis masculini habet vel ָ, & ֵ, in illis tantummodo verbis, quorum præteritum habet eandem formam, vel וֹ, & ֵ, quæ forma communis est, vt פּוֹקֵד visitans,

a יָכוֹל potuit, יָכְלָה יָכְלוּ & cum accentu distinctiuo יָכֹלוּ:

דֹּבֵר loquens. vel י, & hhirik gadol, vt תּוֹמִיךְ sustinens; quæ forma rara est.

In reliquis non est difficultas, quia flectitur à singulari sicut nomina; & fœmininum formatur à masculino, vt dictum est in par. 1. cap. 6. de mutatione punctorum ob genus fœmininum.

Paul cõmuniter habet ˙, & ו, vt פָּקוּד. interdum sub secunda habet ׄ, vt לָבֻשׁ indutus Prouerb. 31. 21. Flectitur autem tanquam nomen.

Infinitiuus modus, cum est simplex, & per se, habet vel ˙, & ו modo cum ו, modo siue ו, vt פְּקוֹד, visitare, דְּרֹשׁ quærere. vel :, & ו, vt פְּקוֹד. Interdum :, & -, in verbis neutris. Cum Infinitiuus modus est compositus cum litteris בכלם, habet :, & ו, & pro ו habet - in neutris, vt לִפְקוֹד, vt visitaret, לִשְׁכַּב, vt dormiret. De punctis seruilium, quæ formant gerundia, dictum est in 1. par. cap. 5. Porrò gerundia quatuor, בִּפְקוֹד In visitando, כִּפְקוֹד cum visitaret, לִפְקוֹד ad visitandum, seu vt visitaret, מִפְּקוֹד à visitando.

Impe-

Imperatiuus modus, In numero singulari generis masculini in verbis transitiuis habet sheuà, & ו, vt פְּקוֹד; in neutris sheuà, et ־, vt שְׁכַב.

In singulari generis fœminini habet vel hhirik, sheuà, et hhirik magnum, vt פִּקְדִי. vel ־, sheuà, et hhirik, vt מַלְכִי regna.

In plurali generis masculini habet vel hhirik, sheuà, et ו, vt פִּקְדוּ, vel ־, sheuà, et ו, vt מִשְׁכוּ trahite.

In plurali generis fœminini ׃, et ו, vt פְּקוֹדְנָה, vel sine ה פְּקוֹדְן, פְּקֹדְן. vel post secundam radicalem est ־, vt שְׁמַעְנָה audite.

Futurum sub prima radicali habet ׃, post secundam ו, si verba sint transitiua; si neutra ־. Pauca quædam admittunt et ׳, et ־.

Secunda persona singularis fœminina interdum sub secunda radicali habet ־, vt Ezech. 16. 36. וַתְּשַׁחֲדִי, et muneribus afficiebas. et cum ו Ruth. 2. 8. תַּעֲבוּרִי transeas.

De secunda, et tertia plurali fœminina

idem dicendum, quod de plurali fœminina in infinitiuo.

De Seruilibus futuri in 1. par. cap. 5.

Alia, quæ non sunt regularia, vsus docebit.

Præcepta circa statum accidentalem.

CONiugationi Kal regulariter accidunt quædam diuersa à præceptis paullo ante traditis, propter litteras gutturales, et Paragogicas.

Cum prima thematis est gutturalis, in omnibus locis, in quibus prima radicalis haberet sheuà simplex, ponetur sheuà compositum, vt עֲבַרְתֶּם.

Litteræ אית״ן, quæ seruiunt futuro, et בכל״ם, quæ seruiunt Infinitiuo, habebunt punctum affine puncto rapto, vt יַעֲבוֹר, transibit, בַּעֲבוֹר in transeundo: מ autem habebit, vt מֵעֲבוֹר à transeundo. Sic etiam quando prima radicalis est ר.

Cum secunda thematis est gutturalis, vbicumque sub secunda radicali requireretur sheuà simplex, ibi poni debet sheuà compositum, vt רָחֲצוּ lauerunt.

In Imperatiuo in secunda persona fœminina singulari, et in masculina plurali, prima littera accipit punctum affine puncto rapto, vt רַחֲצִי, רַחֲצוּ.
In futuro, et in Imperatiuo sub secunda littera est ַ, vt יִרְחַץ lauabit, רְחַץ laua.
Exceptis paucissimis, quæ habent ֹ in futuro.
Cum tertia thematis est gutturalis, In Preterito in secunda persona singulari fœminina, tertia radicalis pro sheuà habet ַ, vt שָׁמַעַתְּ audisti fœmina.
In vtroque participio, et in Infinitiuo est ַ surruptum, vt שֹׁמֵעַ, שָׁמוּעַ, שְׁמֹעַ.
Interdum fit contractio, vt פָּתַח pro פָּתוּחַ.
In Benoni in singulari fœminino pro ֵ, et ֵ ponunt ְ, et ַ, vt שׁוֹמַעַת pro שׁוֹמֵעַת audiens fœmina.
Si vltima radicalis sit ח, et ע, in Imperatiuo secunda habet ַ.
Adduntur sępe verbo Kal litterę Paragogicę.
Primo ה in Benoni masculino, vt בֹּעֲרָה

Os. 7. 4. pro בֹּעֵר. In imperatiuo singulari masculino, vt שִׁכְבָה pro שְׁכַב Iace. In Infinitiuo, vt לְמָרְטָה pro לִמְרוֹט ad radendum. In futuri prima persona singulari, et plurali, vt אֶפְקְדָה pro אֶפְקוֹד נִפְקְדָה pro נִפְקוֹד.

Secundo littera jod, in Benonì masculino אֹסְרִי ligans, Gen. 49. 11. In Benonì fœminino, vt Hos. 10. 12. אֹהַבְתִּי diligens. In Paul fœminino, vt Gen. 31. 39. גְּנֻבְתִי furto ablatum.

Tertio littera נ additur in pręteriti tertia persona plurali, vt פָּקְדוּן. In Infinitiuo vt Esther 8. 6. בְּאָבְדָן in perdendo. In futuri secunda persona fœminina singulari, vt תִּפְקְדִין. In secunda, et tertia plurali masculina, vt תִּפְקְדוּן, יִפְקְדוּן:

DE CONIVGATIONE NIPHAL.

Cap. VII.

Paradigma.

Præteritum.

נִלְמַד
נִלְמַדְתָּ
נִלְמַדְתִּי
נִלְמְדוּ
נִלְמַדְתֶּם
נִלְמַדְנוּ
נִלְמְדָה F.
נִלְמַדְתְּ
נִלְמַדְתֶּן:

Benoni.

נִלְמָד
נִלְמָדִים
נִלְמָדָה vel
נִלְמֶדֶה
נִלְמָדוֹת:

Infinitiuus.

הִלָּמֵד
בְּהִלָּמֵד Ger.
כְּהִלָּמֵד
לְהִלָּמֵד
מֵהִלָּמֵד:

Imperatiuus.

הִלָּמֵד
הִלָּמְדוּ
הִלָּמְדִי
הִלָּמַדְנָה:

Futurum.

אֶלָּמֵד
יִלָּמֵד
תִּלָּמֵד
נִלָּמֵד
יִלָּמְדוּ
תִּלָּמְדוּ
תִּלָּמֵד F.
תִּלָּמְדִי
תִּלָּמַדְנָה:

PRæteritum ante primam radicalem habet נ cum hhirik, in prima radica-li

li sheuà; in secunda ⸫ Sed si prima sit gutturalis, sub ea est punctum raptum, et sub נ punctum affine rapto, vt נֶעְכַּר turbatus est, pro נֶעְכַּר, נֶעֱרָץ timendus est. Interdum sub prima radicali gutturali est sheuà simplex, et tamen sub נ est punctum affine rapto, quod debebat esse sub gutturali, vt נֶעְכַּר. Interdum sub prima gutturali est ∴, et sub secunda sheuà quiescens, vt נֶחֶרְבוּ gladiarunt. Interdum sub secunda radicali est ו in tertia singulari masculina, vt Esther 9. 1. נֶהְפּוֹךְ conuersus est.

Circa infinitiuum, imperatiuum, et futurum, obseruanda quatuor. Primum. Ea carere littera נ, et ideo infigi daghesh in prima thematis; atque vt id sentiri possit, addi ad imperatiuum, et infinitiuum litteram ה, quod non fuit necessarium in futuro, cum idem præstare possint litteræ איתן. Quamquam infinitiuum interdum seruat נ, vt נִשְׁלוֹחַ mitti, Esther 3. 13. Secundum si prima thematis sit guttu-

ralis,

ralis, aut ה, quæ non recipiunt daghesh, mutari punctum breue litterę precedentis in longum, ideſt hhirik, vel ·.·, in ··, vt הֵאָכֵל comedendo.

Tertium. In infinitiuo cum litteris בכלכ interdum omitti illud ה, licet non semper, vt בְּעָטֵף cum deficeret, Thren. 2. 11. Quartum. In infinitiuo, imperatiuo, et futuro ordinarie vltimum punctum esse ··, ſed illud mutari interdum in ·.·, cum accentus retrahitur ad penultimam, vt הִשָּׁמֶר custodiri; interdum in -, quando vltima thematis eſt ח, vel ע, vt הִשָּׁמַע audiri. Interdum in infinitiuo vltimum punctum eſt ׳ ,vt נִשְׁלוֹחַ. Preterea obſeruandum reperiri, licet rariſsime in Infinitiuo, et Imperatiuo א, pro ה ſeruili, vt in futuro; et א ſeruilem futuri pro ·.· habere hhirik.

DE CONIVGATIONIBVS PIEL, ET PVAL.

Cap. VIII.

Paradigma Piel.

Imperatiuus.	מְלַמֶּדֶת	*Præteritum.*
לַמֵּד	מְלַמְּדוֹת׃	לִמֵּד
לַמְּדוּ	*Paul.*	לִמַּדְתָּ
לַמְּדִי F.	מְלֻמָּד	לִמַּדְתִּי
לַמֵּדְנָה׃	מְלֻמָּדִים	לִמְּדוּ
Futurum.	vel מְלֻמָּדָה	לִמַּדְתֶּם
אֲלַמֵּד	מְלֻמֶּדֶת	לִמַּדְנוּ
יְלַמֵּד	מְלֻמָּדוֹת׃	לִמְּדָה F.
תְּלַמֵּד	*Infinitiuus.*	לִמַּדְתְּ
נְלַמֵּד	לַמֵּד	לִמַּדְתֶּן׃
יְלַמְּדוּ	בְּלַמֵּד G.	*Beonī.*
תְּלַמְּדוּ	כְּלַמֵּד	מְלַמֵּד
תְּלַמֵּד F.	לְלַמֵּד	מְלַמְּדִים
תְּלַמְּדִי	מִלַּמֵּד׃	vel מְלַמְּדָה
תְּלַמֵּדְנָה׃		

PIel ſub prima radicali in prçterito habet hhirik, in Benonì, Imperatiuo, Infinitiuo, Futuro habet -, in Paul ·., et infigit daghesh in ſecunda thematis. Quç ſi ſit gutturalis, aut ר, quia non eſt capax daghesh, mutat hhirik primæ radicalis in .., - in ·, et ׃ in ׳ , vt בֵּרֵךְ benedixit, מְבָרֵךְ benedicens, מְבוֹרָךְ benedictus, בָּרֵךְ benedicere, et benedic, אֲבָרֵךְ benedicam. Quçdam tamen verba reperiuntur, in quibus ſecunda thematis non eſt capax daghesh, et tamen perſeuerat ſub prima thematis punctum breue, vt נִחַם conſolatus eſt; et quçdam in quibus ſecunda thematis eſt capax daghesh, et tamen illud non habet, vt מִלְאוּ impleuerunt. Prçterea ante ה, ח, ע, non ſolet mutari in ˙, vt מְפַחֵד Pauens, לְבַעֵר ad ſuccidendum Eſa. 6. 13.

Sub ſecunda radicali in Paul eſt ˙, in reliquis .., quod ſequente makkaph mutatur in ·.·. Interdum ſub ſecunda eſt -, præſertim ſi tertia ſit ח, vel ע, vt בִּלַּע

perdidit.

perdidit. Quamquam interdum seruatur sub secunda ··, & sub tertia gutturali est ַ, vt פֻּתַּח soluit. In Infinitiuo post secundam radicalem solet esse hholem, vt יֻסֹּר corripere Iob 39.35.

Paradigma Pual.

Præteritum.	לֻמַּדְתֶּן:	יְלֻמַּד
לֻמַּד	*Benoni.*	
לֻמַּדְתָּ	לֻמָּד	תְּלֻמַּד
לֻמַּדְתִּי	לֻמָּדִים	נְלֻמַּד
לֻמְּדוּ	F. לֻמָּדָה	יְלֻמְּדוּ
לֻמַּדְתֶּם	לֻמָּדוֹת:	תְּלֻמְּדוּ
לֻמַּדְנוּ	*Infinitiuus.*	F. תְּלֻמַּד
	לֻמּוֹד	
F. לֻמְּדָה		תְּלֻמְּדִי
	Futurum.	
לֻמַּדְתְּ	אֲלֻמַּד	תְּלֻמַּדְנָה:

PVal rarò est in vsu in scripturis sacris. Caret Imperatiuo, & Gerundijs. Sub prima thematis habet ֻ, & interdum ֳ insigens daghesh in secunda thematis: quod si non possit insigi, habet sub prima וֹ. Sed secunda existente ח, seruatur sub prima ֻ; vt רֻחַץ lotus est.

Sub

Sub ſecunda thematis in pręterito, et futuro eſt -, vt טֹרָף raptus eſt. in Benoni -, in Infinitiuo ו.

DE CONIVG. HIPHIL, ET HOPHAL. Cap. IX.

Paradigma Hiphil.

Præteritum.

הִלְמִיד
הִלְמַדְתָּ
הִלְמַדְתִּי
הִלְמִידוּ
הִלְמַדְתֶּם
הִלְמַדְנוּ

F. הִלְמִידָה
הִלְמַדְתְּ
הִלְמַדְתֶּן:

Benoni.

מַלְמִיד
מַלְמִידִים
מַלְמִידָה vel
מַלְמֶדֶת
מַלְמִידוֹת:

Paul.

מֻלְמָד
מֻלְמָדִים
מֻלְמָדָה
מֻלְמָדוֹת:

Infinitiuus.

הַלְמִיד vel
הַלְמֵד
G. בְּהַלְמִיד
כְּהַלְמִיד
לְהַלְמִיד
מֵהַלְמִידוֹ

Imperatiuus.

הַלְמֵד

הִלְמִידוּ
F. הִלְמִידִי
הִלְמַדְנָה:

Futurum.

אַלְמִיד
יַלְמִיד
תַּלְמִיד
נַלְמִיד
יַלְמִידוּ
תַּלְמִידוּ
F. תַּלְמִיד
תַּלְמִידִי
תַּלְמֵדְנָה:

Hiphil

Hiphil in Præterito ante primam radicalem habet ה cum hhirik, sub prima sheuà. quæ si sit gutturalis habet ֲ ; & sub ה ·· , vt הֶעֱמִיד stare fecit. Interdum gutturalis habet sheuà simplex, & ה retinet ·· , vt הֶעְלִים abscondit. & interdum sub ה est ·· , etiam si prima non sit gutturalis, vt 1. Samu. 25. 7. הֶכְלַמְנוּם confundere fecimus eos. Post secundam radicalem est hhirik magnum in tertijs personis cum accentu, vt הִפְקִיד , הִפְקִידָה , הִפְקִידוּ qui accentus retinetur in hhirik vbicumque in hac coniugatione est hhirik.

In Participijs abijcitur littera ה , & punctum, quod esse deberet sub ה , trahitur ad מ euphoniæ gratia, vt מַפְקִיד , quod idem seruatur in futuro sub litteris איתן . Quamquam interdum in participijs, & futuro reperitur seruatum ה . Est ergo sub מ in Benonì - , in Paul ׃, & nonnunquam hhirik loco -, & ׃. Sed in Paul cum prima est gutturalis, sub ea est ֳ , & sub מ ׃ , vt מָעֳמָד firmatus. Punctum secundæ radicalis in Benonì est hhirik

hhirìk magnum, vel ·· , in Paul˙.

Circa infinitiuum, imperatiuum, & futurum notandum eſt, vltimum hhirìk longum ſępe mutari in ·· , & propter makkaph in ·˙ Interdum etiam mutari in ֿ , & interdum in hhirik breue.

Infinitiuus ſub ה ſeruili ordinarie habet ֿ , interdum hhirìk; ſequente gutturali habet ·.·, vt in præterito; & gutturalis habet ſub ſe .:· . Interdum in ſcripturis ה omittitur, litteris בכלם locum eius ſupplentibus, et punctum eius recipientibus, vt לַסְתִּיר ad abſcondendum.

Imperatiuus ſe habet, vt infinitiuus, ſed ſecunda exiſtente gutturali, ה habet ֿ, et gutturalis ֿ:. Singulare fœmininum, & plurale maſculinum ſemper habent hhirìk magnum poſt ſecundam radicalē, et accentum in penultima.

In futuro punctum ſeruilium eſt ֿ; primę radicalis punctū sheua; quæ ſi ſit gutturalis habet ֿ:. In plurali reperitur ſecunda radicalis cum sheuà, vt Ier. 9. 3. יַדְרְכוּ extenderunt.

Paradigma Hophal.

Futurum.	*Benoni.*	*Præteritum.*
אָלְמַד		הָלְמַד
יָלְמַד	הָלְמָד	הָלְמַדְתָּ
תָּלְמַד	הָלְמָדִים	הָלְמַדְתִּי
נָלְמַד	vel הָלְמָדָה	הָלְמְדוּ
יָלְמְדוּ	הָלְמֶדֶת	הָלְמַדְתֶּם
תָּלְמְדוּ	הָלְמָדוֹת:	הָלְמַדְנוּ:
תָּלְמַד F.		הָלְמְדָה F.
תָּלְמְדִי	*Infinitiuus.*	הָלְמַדְתְּ
תָּלְמַדְנָה:	הָלְמֵד	הָלְמַדְתֶּן:

HOphal ſub ה ſeruili habet ָ , et interdum ֻ, et ſub prima thematis sheuà. Quod ſi prima thematis ſit gutturalis, tunc ſub ipſa eſt ֳ , et ſub הָ ֳ , vt הָעֳמַד conſtitutus eſt.

Sub ſecunda radicali in preterito, et futuro ַ , in Participio ָ , in Infinitiuo ֵ .

Gerundijs, et imperatiuo caret hic coniugatio.

DE

DE POEL, ET HITHPAEL.

Cap. X.

Paradigma Poël .

לוֹמֵד	מְלוֹמֶדֶת	***Præteritum.***
לוֹמְדוּ	מְלוֹמְדוֹת:	לוֹמֵד
לוֹמְדִי	***Paul.***	לוֹמַדְתָּ
לוֹמֵדְנָה :	מְלוֹמָד	לוֹמַדְתִּי
Futurum.	מְלוֹמָדִים	לוֹמְדוּ
אֲלוֹמֵד	מְלוֹמָדָה	לוֹמַדְתֶּם
יְלוֹמֵד	מְלוֹמָדוֹת:	לוֹמַדְנוּ
תְּלוֹמֵד	***Infinitiuus.***	לוֹמְדָה F.
נְלוֹמֵד	לוֹמֵד	לוֹמַדְתְּ
יְלוֹמְדוּ	בְּלוֹמֵד G.	לוֹמַדְתֶּן :
תְּלוֹמְדוּ	כְּלוֹמֵד	***Benoni.***
תְּלוֹמֵד	לְלוֹמֵד	מְלוֹמֵד
תְּלוֹמְדִי	מִלּוֹמֵד :	מְלוֹמְדִים
תְּלוֹמֵדְנָה:	***Imperatiuus.***	מְלוֹמֵדָה vel

POel non differt quantum ad inflexionem à coniugatione Piel, nisi in prima radicali, quę semper habet ו quie-

 scens

ſcens in hholem, ac proinde in ſecunda radicali non eſt daghesh.
Interdum huius coniugationis verba terminantur in ־, vel ׳, tunc potiſſimum ־, cum accipiũtur in paſſiua ſignificatione.

Paradigma Hithpael.

הִתְלַמְּדִי F.	מִתְלַמְּדָה	*Præteritum.*
הִתְלַמֵּדְנָה:	vel מִתְלַמֶּדֶת	הִתְלַמֵּד
	מִתְלַמְּדוֹת:	הִתְלַמַּדְתָּ
Futurum.		הִתְלַמַּדְתִּי
אֶתְלַמֵּד	*Infinitiuus.*	הִתְלַמְּדוּ
יִתְלַמֵּד	הִתְלַמֵּד	הִתְלַמַּדְתֶּם
מִתְלַמֵּד	בְּהִתְלַמֵּד	הִתְלַמַּדְנוּ
נִתְלַמֵּד	כְּהִתְלַמֵּד	F. הִתְלַמְּדָה
יִתְלַמְּדוּ	לְהִתְלַמֵּד	הִתְלַמַּדְתְּ
תִּתְלַמְּדוּ	מֵהִתְלַמֵּד:	הִתְלַמַּדְתֶּן:
תִּתְלַמֵּד F.	*Imperatiuus.*	*Benoni.*
תִּתְלַמְּדִי	הִתְלַמֵּד	מִתְלַמֵּד
תִּתְלַמֵּדְנָה:	הִתְלַמְּדוּ	מִתְלַמְּדִים

Hithpael

Hithpaël fere intransitiua est, & actionem reciprocam significat. interdū significat id, quod aliquis se esse simulat, vt Prouerb. 13.7. מִתְעַשֵּׁר se diuitem fingens, ostentans. Significant etiam vehementiam, durationem, multiplicitatem, & frequentiam actionis..

Sub ה seruili est hhirik, & sub ת sheuà, vt fiat syllaba הִתְ ante primam radicalem. Sed interdum ת excidit, & loco eius ponitur daghesh in prima thematis, vt Ezech. 1.13. הִנֶּחָמְתִּי consolabor me. quod fere vsu venit quando prima thematis est ת, vel ט, vel ד, ne duæ litteræ eiusdem soni concurrant, vt הִטַּהֵר mundauit se.

Interdum loco ה ponitur א, vt אֶתְחַבַּר pro הִתְחַבַּר iunxit se. Præterea ה decidit in Participio, & in futuro, vt מִתְפַּקֵּד visitans, אֶתְפַּקֵּד visitabo. Retinetur autem in imperatiuo, & infinitiuo, & etiam cum בכלם.

Si prima thematis sit vna ex his quatuor ז, צ, ס, שׁ, quæ sonant, s, non po-

nitur ח ante primam thematis, sed post primam, vt הִשְׁתַּמֵּר custodiuit se, pro הִתְשַׁמֵּר. Præterea cum prima themati s est צ, debet mutari ת in ט, vt הִצְטַדֵּק iustificauit se, pro הִצְתַּדֵּק. & cum prima est ז, ת mutatur in ד, vt הִזְדַּמֵּן parauit.

In prima thematis ordinarie est - in tota coniugatione, & daghesh in secunda. Sed ea verba, quæ mutant Piel in Poël, mutant similiter Hithpael in Hithpoël, quod flectitur sicut ipsum Poël, præmissis litteris characteristicis ipsius Hithpaël. Si secunda fuerit gutturalis א, ע, vel ר, sub prima est ˙; sin fuerit ה, vel ח, prima retinet -, quod interdum mutatur in ...

Sub secunda thematis in Præterito, Infinitiuo, Imperatiuo, Futuro ordinarie est ··, & interdum -; In Benoni ··.

DE

DE VERBIS IMPERFECTIS.

DE DEFECTIVIS PRIMI GENERIS.

Cap. XI.

1 DEfectiua ſunt, quorum aliqua littera ex tribus radicalibus deficit inter coniugandum, & eius defectus ſuppletur per daghesh. Horum duo ſunt genera. Alterum comprehendit plures verborum ſpecies. 1. Ea, quorum prima eſt נ; niſi ſecunda ſit gutturalis; quia tunc perfectum verbum eſt, eò quod defectus primæ litteræ ſuppleri non poſsit per daghesh, cuius gutturalis non eſt capax: aut ſecunda ſit ו quieſcens, aut eadem cum tertia; aut tertia ſit א, vel ה ſine mappik, quia tunc ad alium ordinem pertinet. 2. Ea, quorum prima eſt jod ſequente צ, niſi vltima fuerit א; quia tunc ad alium ordinem ſpectant. Sunt autem huius ordinis ſex verba יָצַב in Hiphil ſtetit; יָצַג ſtatuit, locauit; יָצַע ſtrauit; יָצַק fudit; יָצַר formauit; יָצַת combuſsit. 3. Sub hoc genere defectiuorum ſunt quatuor ver-

a Inuenitur קַח, pro לָקַח

ba *a* לָקַח accepit. יָנַח in Hiphìl reliquit. יָקַף in Hiphìl, circumdedit. לָתַע in Hiphìl euulſus eſt. Hęc omnia verba coniugantur eodem modo, de quo in 1. lib. cap. 5. cum de Defectiuis Pe נ.

2 Omnia defectiua in ijſdem ipſis modis, & temporibus, in quibus ordinarie deficiunt, non rarò reperiuntur integra, & perfecta in ſacris ſcripturis, & præſertim defectiua ſecundi generis, de quibus cap. ſequenti.

3 Quædam, quorum ſecunda eſt gutturalis, & non capax daghesh, interdum abijciunt נ, & ſub ſeruilibus futuri habent ·· loco hhirik.

4 Imperatiuus, et futurum Kal interdum habent hhòlem, גּוֹשׁ accede; יִפּוֹל cadet.

5 Infinitiuus Kal abiecta prima radicali, adiungit tertię litteram ת, Quod, ſi tertia ſit gutturalis, capit geminum pàthahh pro duplici ſegòl, vt à נָגַע tetigit, fit גַּעַת.

6 In pręterito Niphal, cum ſecunda eſt gutturalis, ponitur ſub נ tſerè. Sed ſi ſecunda fuerit ח, nulla fit compenſatio, נִחַם pęnituit. Quædam habent hhòlem,

lem, נִמּוֹל circumcisus est.

7 In Hiphìl in futuro interdùm daghesh longa vocali compensatur, וַיָּזֶד et coxit.

DE DEFECTIVIS II. GENERIS.

Cap. XII.

Alterum defectiuorum genus cõprehendit verba duplicantia secundã, vt סָבַב. Hæc sæpe perfectorum more inflectuntur; sæpe more imperfectorum, vt dictum est lib. 1. par. 3. cap. 5. Sed sunt multæ exceptiones à forma inflectendi ibi posita; quæ vsu cognoscuntur; aliquæ tamen hoc in loco ponentur.

In Kal.

IN præterito cum secunda non est capax daghesh ponitur in prima ֿ loco ֿ, vt Malach. 2. אָרוֹתִי maledicam. Ob ה tamen nihil mutatur. legitur Thren. 3. תַּמְנוּ defecerunt, pro תַּמּוּ. & tertia persona pluralis cum hhòlem, Gen. 49. רֹבּוּ iaculati sunt.

Benonì

Benonì ordinarie eſt cum -; in aliquibus cum ·, & cum hhòlem, vt תָּם, תָּוֹם perfectus; quę potius ſunt adiectiua. horum enim participium potius perfectum eſt.

Infinitiuus non ſemper habet hhòlem, interdum וּ, Eccl. 9. 1. לָבוּר ad purgandum; interdum - Eſa. 45. 1. לָרַד vt extendam. interdum ad וֹ additur ה, Ezech. 35. 3. שְׁמָמוֹת deſolare.

In imperatiuo interdum reperitur ֹ, et accentus in vltima, vel ִ, vt Soph. 3. רָנִּי־בַּת exulta filia. et cum ſecunda non eſt capax daghesh, ponitur in prima -, vt Num. 22. 6. אָרָה לִּי maledic mihi.

Futurum terminatur in וֹ; ſed cum ו conuerſiuum retrahit accentum in penultimam mutatur וֹ in ֵ, et interdum in ָ. וַיָּרֶם, et exaltabit. Interdum eſt וּ pſ. 29. 6. יָרוּן laudabit ſe. Sub litteris אית״ן ordinarie eſt ·, ſed interdum inuenitur ֱ ſub א, et daghesh in prima thematis, אָקֹּב maledicam, אָכֹּת contundam.

In tertijs perſonis pręteriti; et in voce plur. maſculina, et ſing. fęminina imperatiui;

ratiui; et in tertia, et secunda plur. masc. et secunda sing. fœm. futuri, præter morem perfectorum, accentus est in penultima. Eodemque modo in ijsdem locis accentus est in penultima in Hiphil; cum tamen in Niphal, et Hophal accentus sit in vltima, more perfectorum.

In Niphal.

PRæteritum ordinarie habet sub נ ' - et sub prima thematis -, vt נָסַב. Interdum hhirik, et -, נִחַר exustum est. interdum ', et ¨, vt נָמֵס liquefactum est. interdum ., et ׂ, נָגוֹז attonsus est: idque in plurali potissimum נָגֹזּוּ. In tertia feminina interdum non est daghesh, vt נָסַבָה pro נָסַבָּה.

Benoni in vtraque syllaba habet ' Interdum in secunda ·· נָמֵס liquefactus. In fœminino, et plurali sub prima thematis est -, Interdum hhirik, נְסִבָּה causatum.

In infinitiuo sub prima radicali est ¨, vel ׂ. Cum prima est gutturalis, sub ה ponitur ¨ הֵחַל polluit.

In-

In imperatiuo ¨, vel - Dicitur הִבָּרוּ mundamini, quia secunda non est capax daghesh.

In futuro -, et interdum ׳, quod in ceteris quoq; vocibus manet: interdum ‥, יִתַּם consummetur. Sub seruilibus, cũ prima est gutturalis, aut ר, est ·· quod punctum interdum ponitur, etiam si prima sit capax daghesh, 1. Samu. 2. יֵקַלּוּ pro יִקַּלּוּ abijcientur. Inueniuntur aliqua præter normam, vt אֵיתַם perficiam, pro אֶתַּם ; יִדְּמוּ similes erunt, pro יִדַּמּוּ.

In Hiphil.

PRæteritum sub prima radicali habet modo ¨, modo -.

Benonì modo ··, modo -, modo hhirik longum.

Sub seruilibus futuri est ׳ interdum ¨, interdum - cum daghesh in prima radicali, vt יָסֵב. Dicitur אָחֵל polluam, vt differat ab אָחֵל incipiam. Sub prima radicali est ¨, interdum hhirik magnum.

Cum

Cum ו versiuo plurimum hæc verba mutant - in sub prima radicali, et retrahitur accentus ab vltima in penultimam.

In Hophal.

POst seruiles huius coniugationis est וּ. Sed aliqua reperiuntur irregularia, vt הֻמְּכוּ attenuati sunt, pro הוּמַכּוּ; יֻכַּת contundetur, pro יוּכַּת; יֻשַּׁן vetustus erit, pro יוּשַׁן; יֻחַקּוּ sculpentur, pro יוּחַקּוּ; יֻשַּׁד destruetur, pro יוּשַׁד:

De Defectiuis, ל, נ, & ל, ת.

QVædam verba sunt terminata in נ, quæ adueniēte נ indice numeri pluralis, amittunt suum Nun, et infigunt daghesh in Nun aduentitio, vt תִּשְׁכֹּנָּה habitabunt, pro תִּשְׁכֹּנְנָה. Quædam terminata in ת, aduenīente ת indice primæ, et secundę personæ perdunt ת, et infigunt daghesh in ת aduenīente, vt שִׁחַתָּ perdidisti, pro שִׁחַתְתָּ.

DE QVIESCENTIBVS PE א.

Cap. XIII.

HAec verba non differunt à perfectis, nisi quod in futuro Kal post seruiles אית״ן est punctum hhòlem, quod interdum etiam fit in coniugatione Hiphìl, & in prima persona singulari cadit א, ne duo אא concurrãt, אֹכַל comedam, pro אֹאכַל, יֹאכַל, תֹּאכַל &c. Interdum etiam cadit א in alijs personis futuri; & alibi, vt מֵזִין Prouer. 17. Benonì Hiphìl, pro מַאֲזִין auscultans: Isa. 13. 20. יַהֵל tentoria figet, pro יַאֲהֵל. Præterea propter ו conuersiuum, & accentum in penultima existentem mutatur - in ∵ in tertia persona singulari vtriusque generis, & prima plurali, vt וַיֹּאמֶר, pro וַיֹּאמַר, & dixit.

In Infinitiuo interdum quiescit א facta contractione duarum syllabarum in vnam, vt לֵאמֹר ad dicendum, pro לֶאֱמֹר.

Quia

Quia א non patitur sub se sheuà simplex; ideo in Præterito, & Paul Kal; & in Benonì, infinitiuo, imperatiuo, & futuro Hiphil recipit :; In Paul Hiphil, & toto Hophal, recipit ֳ; In omnibus alijs locis ֱ.

Et quia א non est capax daghesh; ideo cum in א esset infigēdum daghesh; vt contingit in imperatiuo, infinitiuo, & futuro Niphal, sub seruili præcedente pro puncto breui ponitur longum ֵ, vt הֵאָכֵל.

Sunt quædam irregularia, vt אֵהַב diligam, pro אֶהֱב; in infinitiuo Niphal הֵאָכוֹל comedi, cum hhòlem.

DE QVIESCENTIBVS PE IOD.

Cap. XIV.

Kal.

1 IN præterito Kal, inuenitur Iud. 19. רָד pro יָרַד; יִצְּקוּן effuderunt, pro יִצְקוּן.

2 In Infinitiuo nonnunquam hæc verba

rfe-pe

perfectorum more flectuntur. Sæpius tamen abijcitur Iod, & postremæ litteræ adijcitur ת, et punctum est duplex ··, vt in defectiuis Pe Nun, vt שֶׁבֶת; et cum tertia est gutturalis pro duplici segòl substituitur duplex -, vt דַּעַת scire.
Inuenitur 1. Samuel. 4. לַלַת ad vlulandum à יָלַל pro לְלֶלֶת. et Ierem. 42. שׁוֹב habitare à יָשַׁב, Iob 42. כֹּל posse à יָכֹל potuit. Cum seruilibus בכל fit hhirik longum, vt לִיסוֹד ad fundandum.
3 In Imperatiuo Prouerb. 30. הַב da, pro הֵב à יָהַב. Zach. ij. הָבוּ, Hos. 4. הֵבוּ Date, pro הָבוּ. Sæpe in imperatiuo est -, præsertim tertia existente gutturali.
4 In Futuro cum deficit Iod, sub litteris אית, et sub secunda radicali est ··, vt אֵשֵׁב. Interdum sub secunda ו, vt psal. 119. אֵבוֹשׁ erubescam. Sed inuenitur עֻצוּ pro עוּצוּ consilium date. Interdum sub secunda est -, vt Ezech. 12. תֵּשַׁם, desolabitur. Interdum sub seruilibus hhirik paruum, & sub secunda -, Esa. 19. יִבַשׁ arescet. Interdum non deficit

ficit Iod, ſed quieſcit in hhirik ſeruilium, & ſub ſecunda eſt ֿ, vel ֵ, vt pſal. 25. יִירַשׁ poſſidebit, Gen. 2. וַיִּיצֶר, & finxit, אִינַק ſugam. vnum reperitur, in quo Iod quieſcit poſt ֵ, Mich 1. אֵילְכָה Incedam. Vnum mutat Iod in ו, אוּכַל, תּוּכַל, יוּכַל, &c. à יָכֹל Potuit. Interdum vocalis longa reſoluitur in breuem cum daghes in littera ſequente, vt אֶסּוֹר caſtigabo, pro אֵיסַר.

Niphal.

QVædam inueniuntur cum tſerè, vt נֵחַם calefecit ſe, pro נִיחַם. & cum ו, vt נוֹלְדוּ nati ſunt.

Hiphil.

1 HAec coniugatio pro Iod ſubſtituit י, & in Paul ו. Sed aliqua verba retinent Iod quieſcens poſt ֵ, vt Gen. 22. הֵיטִיב benefecit, 1. Samu. 16. מֵיטִיב benefaciés. Interdũ Iod latet ſub ֵ, vt Thrẽ. 4. הֵנִיקוּ lactauerunt, Eſa. 13. הֵילִילוּ vlulate.

2 Imperatiuus interdum habet Iod, vel vau mobile, vt הַיְשַׁר dirige; הַיְצֵא, & הוֹצֵא fac exire.

3 Futurum ſub ſecunda radicali interdũ reperitur cum - loco hhirik, præſertim cum tertia eſt gutturalis. Aliqua in futuro retinent ה characteriſticon coniugationis, vt pſal. 116. יְהוֹשִׁיעַ ſeruabit; & cum Iod quieſcente poſt, Eſa. 52. יְהֵילִילוּ vlulabunt; et cũm Iod, abiecto ה, Eſa. 15, יְיֵלִיל vlulabit. Futuri accentus propter vau verſiuũ in priore ſyllaba poſitus mutat tſere, vel hhirik in ſegol, vt וַיּוֹשֶׁב, et habitare fecit. Dicitur etiã תּוֹסֵף addes, pro תּוֹסִיף. legitur וַיֵּמִיב, & benefaciet, pro יוֹמִיב.

Hophal.

HOphal ordinarie mutat Iod in ו; ſed interdum pro ו habet וּ, vt Leuit. 4. הוּדַע notificatum fuerit.

Hith-

Hithpael.

IN Hithpael sæpe Iod vertitur in vau mobile, vt אֶתְוַדַּע me ipse mihi indicabo.

DE QVIESCENTIBVS AIIN VAV, vel Iod. Cap. XV.

Kal.

1 IN præterito secunda radicalis perit, vt בָּן intelligit à בּוּן. Sed quædam more perfectorum coniugantur, vt גָּוַע expirauit, רָוַח respirauit, & alia. Retinent etiam ו omnia illa, quorum tertia est ה, vt רָוָה satiauit. Quædam habent sub prima ־ֵ, vt מֵת mortuus est; quædam וֹ, vt אוֹר, אוֹרְתָּ, &c. illuxit. In verbo מֵת, ת mutatur in daghesh *a* in prima singulari, & secunda vtriusque generis, & numeri; ne ת bis scribatur. Reperitur קוֹם

a מַתָּ
מַתְּ
מַתִּי
מַתֶּם
מַתֶּן

habere א quiescens pro ו, Hos. 10. וְקָאם & surget. Quod א interdum mobile efficitur, Zachar. 14. וְרָאֲמָה, et sublimis erit, pro רָמָה. Reperitur שָׂתוּ posuerunt, pro שָׂתוּ; פִּשְׁתֶּם creuistis, pro פִּשְׁתֶּם.

2 Benonì triplicem habet formam, vt præteritum, קָם, מֵת, טוֹב.

3 Imperatiuus, et Infinitiuus ordinarie habent ו, interdum וֹ, Deuter. 17. שׂוֹם ponere, Iosu. 5. מוֹל circumcide.

4 Futurum exit in ו; sed in pausa illud mutatur in ִי, et cum ו versiuo, et accentu in penultima in kamèts hhatùph, vel in ֶ, si vltima sit gutturalis, aut ר.
Sub litteris איתן est ִ; sed secunda, et tertia pluralis fęminina habet sheuà cum accentus non ponitur in mox sequenti syllaba, vt תְּמוּתֶנָה mouentur, pro תְּמוּתֶנָה.

Niphal.

1 IN præterito sub נ reperitur Zach. 2. נֵעוֹר suscitatus est. et in secunda persona

persona hholèm pro shurèk נְפוֹצוֹתֶם dispersi estis.

2 In Imperatiuo, Infinitiuo, Futuro, litterę seruiles, cum prima est gutturalis, aut ר, habent sub se ֵ, loco hhirik. In infinitiuo post primam radicalem interdum ֻ est shurek pro hhòlem ֹ.

Piel.

PIel, et Pual eandem vocem habent, vt diximus lib. 1. cap. 6. quare hæc verba more verborum communium latinorum, actiue, vel passiue vertenda sunt, iuxta sensum.

Quędã coniugantur more perfectorũ mutato ו, in Iod, vt קִיֵּם confirmauit, pro קוֹמֵם.

Hiphil.

1 IN præterito sub ה seruili est ָ, הֵבִין. Quod in secundis, et primis personis mutatur in ֲ, vel ֱ, propter accentum reiectum à secunda in tertiam syllabam, הֲקִיצֹתִי, הֲבִינוֹתָ, et cum

prima radicis est gutturalis, scribitur - tantum, Esa. 41. הַעִירוֹתִי excitaui. & interdum amittitur ה, Iob 33. רִיבוֹתָ contendisti; quod etiam accidit infinitiuo, et imperatiuo, psal. 50. לָדִין ad iudicandum, Agg. 1. שִׂימוּ Ponite, pro הָשִׂימוּ. Post primam radicalem est hhirik magnum. Sed si tertia sit gutturalis, vel ר, pro hhirik sumitur -, Exod. 5. הֵרַע malefecit, Gen. 17. הֵפַר irritum fecit. Solet etiam poni -, Ierem. 6. הֵקְרָה scaturire fecit. Ponitur et punctum breue cum daghesh, quod æquiualet puncto longo, 3. Reg. 21. הֵסַתָּה incitauit, pro הֵסִיתָה. Sic in Benonì מַסִּית pro מֵסִית, et in futuro יַסִּית pro יָסִית. Potest hoc præteritum, et alia ratione formari, *a* vt sit ·· perpetuum in omnibus personis.

a הֵבִין
הֵבַנְתָּ
הֲבִנֹתִי
הֵבִינוּ
הֲבִנֹתֶם
הֵבַנּוּ:

2 Benonì pro hhirik solet sumere -, quando tertia est gutturalis, aut ר, Iob 5. מֵפֵר dissipans; Esa. 9. מֵרַע malefaciens.

3 In Imperatiuo, Infinitiuo, Futuro, post primam radicalem ordinarie est hhirik magnum, aut tserè. Sed pro eo interdum

sub-

ſubſtituitur -, præſertim cum vltima eſt gutturalis, aut ר. Preterea Imperatiuus, et Gerundia ſæpe carent ה ſeruili, vt שִׂים, pro הָשִׂים pone, לָרִיב pro לְהָרִיב ad diſceptandum. Inuenitur לְהָנִפָּה ad cribrandum, pro לְהָנִיף.

4 In futuro mutatur hhirik in ֵ, cum eſt vau verſiuum, et accentus retrahitur in penultimam, aut cum ſequitur dictio monoſyllaba: et pro ֵ ſumitur -, cum prima thematis eſt gutturalis, aut ר, 2. Samuel. 12. וַיָּבֶן, et intellexit, Zach. 3. וַיָּעַד et conteſtatus eſt. Tertia, et ſecunda pluralis fœminina cum habet hhirik, ita efferri ſolet הָקִימְנָה ſtatuetis. Legitur יָנֵאץ florebit, cum א quieſcente pro Iod.

Hithpael.

IN quibuſdam verbis pro ו ſubſtituitur Iod mobile, vt diximus in Piel. Ioſ. 9, inuenitur forma Chaldaica הִצְטַיָּר legatum ſe fecit, pro הִצְטַיֵּר; הִתְחַיֵּב condemnauit ſe, pro הִתְחוֹבֵב.

DE QVIESCENTIBVS LAMED א.
Cap. XVI.

Kal.

Præteritum.

מָצָא inuenit	מָצְאָה
מָצָאתָ	מָצָאתְ
מָצָאתִי	
מָצָאנוּ	
מְצָאתֶם	מְצָאתֶן
מָצְאוּ	

IN his verbis tertia radicalis א semper quiescit, vel in ּ, vel in ּּ, vel in ו vel ּו, vel hhirik magno, vel ּּ in omnib⁹ modis, et tēporibus coniugationum omnium; exceptis vocibus, in quibus post א sequitur ה, vel ו, vel י; tunc enim א est mobile. Interdum א deficit, Num. ij. מָצָתִי. Interdum mutatur in ה. et quia א, et ה sunt inter se permutabiles, contingit quiescentia lamed א coniugari vt quiescen-

tia

tia lamed ה, et contra. Tertia fœminina sępe habet ת in fine, pro ה, vt קָרָאת euenit, חָטָאת peccauit. In prȩterito Kal, א in secundis, et tertijs personis quiescit post ˙, in prȩteritis reliquarum coniugationum quiescit post ¨, vt in Niphal.

2 Benoni מוֹצֵא; quandoque cum ¨ מוֹצֶא Fęmininum מוֹצֵאת, et מוֹצְאָה.

3 Infinitiuus tribus modis effertur, מְצֹא מְצֹאת, מְצֹא.

4 Imperatiuus מְצָא, et מְצֹא. verbum קָרָא vocauit, in plur. fęminino habet Exod.2. קְרֶאןָ pro קְרֶאנָה.

Reliquæ coniugationes non differunt à perfectis, nisi fere in ijs, quę dicta sunt in coniugatione Kal.

DE QVIESCENTIBVS ל ה.

Cap. XVII.

QVæ habent mappik in הּ non quiescunt, vt sunt quatuor verba, נָגַהּ splendere גָּבַהּ superbire

bire, כָּמַה concupiſcere, תָּמַה admirari.

Kal.

1 IN ſecundis, et tertijs perſonis prẹteriti ה mutatur in jod quieſcens in hhirik.

In Niphal, Pual, et Hophal poſt .. In Piel, Hiphil, Hithpael, vtroque modo. Interdum jod non perit, nec quieſcit ſecundum regulam ordinariam, ſed remanet mobile, vt Deut. 32. חָסָיוּ ſperauerunt, pro חָסוּ, pſ. 57. חָסָיָה pro חָסְתָה ſperauit fęm. Inuenitur tertia fęminina ſine ה in fine, Leuit. 2. עָשָׂת fecit, pro עָשְׂתָה.

2 Benonì ante ה habet .. interdum, prẹſertim cum retrahitur accentus ab vltimam in penultimam, vt עֹשֶׂה faciens. Interdum ה mutatur in jod quieſcens in hhirik, vt פֹּורִי fructum ferens. Fęminìnum גֹלָה. Sed interdum habet jod ante ה, vt Cant. 1. עֹטְיָה errans.

3 Infinitiuus quand o eſt ſine litteris בכלם, et tamen habet vim gerundij,

fere

fere in hhòlem terminari solet, Amos 7. גָּלֹה יִגְלֶה migrando migrabit, augetur significatio, ideſt certiſſime captiuus migrabit. Eodem modo terminatur, cum non eſt gerundium; & ſub prima radicali modo eſt ־, modo sheuà. Interdum terminatur in hhòlem ſine ה, vt Agg. 1. שְׁתוֹ bibere. Cum litteris בכלם terminatur in וֹת, vt בִּגְלוֹת. Inuenitur infinitiuus cum ו mobili pro ה, & cum ה paragogico, Ezech. 28. לִרְאֹוָה ad aſpicere.

4 Imperatiuus ante ה habet ֵ גְּלֵה. Interdum habet jod mobile, vt in præterito diximus. Interdum terminatur in י, vt infinitiuus, Prouerb. 25, הָגוֹ aufer.

4 Futurum habet ante ה ֶ Interdum ֵ, interdum ־. In omnibus coniugationibus, exteptis Pual, & Hophal, abijcitur interdum vltimum ה, præſertim cum ו verſiuo, & retrahitur accentus ab vltima in penultimam, & ſub prima radicali ſcribitur ֶ, vel ־, ſi prima, aut ſecunda thematis ſit gutturalis, vt וַיִּבֶן, & ædificauit, pro יִבְנֶה, וַיִּחַן, et caſtrametatus eſt pro יַחֲנֶה. Porrò ſub litteris איתן aliquando

quando manet hhirik, aliquando ֵ, & aliquando ַ, præsertim quando ob celeritatem vertitur ְ primæ radicalis in sheuà, & dictio fit monosyllaba, vt וַיַּרְא & vidit, וַיֵּרְדְּ, & dominabitur. תֵּתַע oberrabis. Inuenitur etiam futurum cum jod mobili pro ה. Verbum הָיָה fuit, propria quadam ratione sic flectitur, תְּהִי, יְהִי, אֱהִי, pro תִּהְיֶה, יִהְיֶה, אֶהְיֶה.

Niphal.

1 IN præterito reperitur hhirik sub נ, sequente littera gutturali, vt נִהְיָה factus est.

2 Infinitiuus habet duplicem terminationem in ת, & ה præcedente וֹ, vt הֵרָאֹה, הִגָּלוֹת.

3 Imperatiuus interdum retinet נ, characteristicon, vt Ier. 50. נִלְווּ adhærete.

4 Futurum terminari solet in ֶ pro ֵ.

Piel.

1 IN Benonì inuenitur ֵ loco ֶ Ier. 31. מְזָרֵה dispergens.

2 In-

2 Infinitiuus גְּלוֹת. Interdum terminatur in ה cum ״ עֲנֹה affligere; & cum hhòlem, קַוֹּה expectare. & cum א loco ה Dan. 9. לְכַלֵּא ad consumendum. & cum jod pro ה, Hos. 6. כְּחַכֵּי sicut expectare.

3 Imperatiuus interdum est cũ ״, Iud. 9. רַבֵּה Multiplica. Nonnunquam perditur ה, & sub prima est -, vt צַו præcipe. Inuenitur & cum jod mobili, Prouer. 26. דַּלְיוּ pro דַּלּוּ erigite.

4 In futuro interdum est jod mobile, Esa. 40. תְּדַמְּיוּן assimilabitis. Inuenitur אֲרַיֶּוְךָ rigabo te, pro אֲרַוְּךָ, cum metathesi litterarum.

Pual.

INterdum est ״ loco ״, כֻּלּוּ finita sunt. & ו cum secunda non est capax daghesh, הוֹרָה proiecta est. Inuenitur זוּנָּה fornicatus est, pro זֻנָּה.

Hiphil

Hiphil.

1 IN præterito sub ה characteristico interdum est ֵ, & ַ loco hhirik, Ecclesiast. 2. הֵרְאָה videre fecit, Naum 3. הֵרְאֵיתִי. & interdum ֶ, Abac. 1. הֶעֱלָה ascendere fecit.

Tertia fœminina interdum est sine ה, vt dictum est in Kal. Interdum jod non exprimitur, Ierem. 42. הִתְעֵתֶם errare fecistis, pro הִתְעֵיתֶם.

2 In Participio præterito interdum est ֳ, & ו loco ָ.

3 Imperatiuus solet pati defectum ה, & efferri per duplex ֶ ֶ, vel ַ ַ prima existente gutturali, הֶרֶף desine, pro הַרְפֵּה הַעַל ascendere fac, pro הַעֲלֵה.

4 Futurum etiam solet pati defectum ה, vt dictum est in Kal, & cum secunda est gutturalis, litteræ אית͏ן habent ַ, et prima radicalis ַ, vt 2. Paral. 33. וַיֶּתַע, et errare fecit.

Hophal

Hophal.

1 IN Preterito Hophal inuenitur ֻ pro ֳ Iud.6. הֻעֲלָה ascendere factus. et tertia fęminina sine ה Ierem.13. הָגְלָת facta est exulare.

Hithpael.

1 INuenitur vnum verbum valde irregulare Ezech. 46. הִשְׁתַּחֲוָה se se incuruauit, הִשְׁתַּחֲוִית, הִשְׁתַּחֲוִיתִי, etc. à שָׁחָה depressit.

2 Imperatiuus, et futurum solent amittere ה, vt dictum est in *Kal*, 2.Samu.13. הִתְחַל assimilate, pro הִתְחַלֶּה.

DE VERBIS COMPOSITIS.

Cap. XVIII.

1 DVplex est compositio verborum, altera ex varijs coniugationibus, altera ex varijs verborum imperfectorum generibus.

Quæ

Quæ ex varijs coniugationibus componuntur inter Anomala referri possunt, de quibus capite sequenti. Compositorum ex varijs imperfectorum generibus quinque sunt ordines.

Primus est eorum, quę componuntur ex defectiuis Pe Nun, et quiescentibus Lamed Aleph, quæ sunt quatuor, נִבָּא in Niphal Prophetare; נָוא in Hiphil frangere; נָשָׂא leuare, portare; נָשָׁא seducere, destruere. Verbum נָשָׂא habet quædam irregularia. In præterito interdum amittit א, vt Ezech. 39. 26. וְנָשׂוּ et portabunt, pro נָשְׂאוּ. Interdum fit metathesis א, vt Ierem. 10. 5. יִנָּשׂוּא portabunt, pro יִנָּשְׂאוּ. In Benoni fœmininum נִשְׂאָה, et נוֹשֵׂאת. Infinitiuus נְשׂוֹא, et שְׂוא, et שְׂאֵת. Imperatiuus שָׂא, נְשָׂא. Futurum אֶשָּׂא. In toto Hiphil est defectiuum.

Secuudus ordo est eorum, quę componuntur ex defectiuis Pe Nun, et ה ל, quę sunt duodecim, נָדָה elongare, נָהָה lamentari, נָוָה. Habitare, נָזָה aspergere,

re, נָחָה ducere, נָטָה extendere, inclinare, נָכָה percutere, נָלָה consummare, perficere, נָסָה tentare, נָצָה velociter ire, volare, נָקָה Innocentem esse נָשָׁה obliuisci, fœnerari.

Tertius eorum, quæ constāt ex Pe Iod quiescente, & lamed א, quæ duo sunt, יָצָא egredi; יָרֵא timere.

Quartus eorum, quæ constant ex Pe Iod, & ל ה, quæ sunt sex, יָגָה dolere, יָדָה confiteri, יָנָה rapere alienum, יָעָה remouere, יָפָה pulchrum esse, יָרָה proijcere, docere.

Quintus eorum, quę componuntur ex Pe א, & ל ה, quę sunt septem, אָבָה velle, אָוָה desiderare, אָלָה iurare, אָנָה lugere, אָפָה coquere, אָרָה colligere, אָתָה venire.

Hæc omnia quantum ad primam radicalem sequuntur coniugationes verborū Pe Nun, vel Pe Iod, vel Pe Aleph; quantum ad secundam sequuntur formam quiescentium ל א, aut ל ה, nempe eorum verborum, ex quibus composita sunt.

sunt. Sed aduertendum hæc verba composita non pati defectum נ, vel י, primæ radicalis in infinitiuo, & imperatiuo, præsertim in coniugatione Kal, vt patiebantur ipsa simplicia. Quare à נָטָה in infinitiuo dicimus נְטוֹת, non טוֹת. Excipiuntur duo נָשָׂא, & יָצָא, quæ in infinitiuo, & imperatiuo interdum perdunt primam radicalem. Nam à נָשָׂא dicimus in infinitiuo non solum נְשׂוֹא, sed etiam שׂוֹא, & שְׂאֵת. In imperatiuo נְשָׂא, & שָׂא.

Iam quia in his compositis accidit nonnunquam excidere primam, & tertiam radicalem; quod relinquitur, valde mutilum apparet, vt à נָטָה, tertia futuri יֵט extendet; Hiphil in imperatiuo הַט inclinare fac; in futuro אַט declinare faciam. & à נָכָה, in imperatiuo Hiphil, הַךְ percute; in futuro אַךְ, יַךְ, &c. à נָזָה, tertia futuri Hiphil, יַז.

DE

DE VERBIS ANOMALIS.

Cap. XIX.

DE aliquibus anomalis dictum est inter agendum de verbis perfectis, & imperfectis. Quæ hic attinguntur ad tria capita reduci possunt.

Prima Anomalia est, compositio ex varijs coniugationibus, vt Ezech. 23. 48. נִוַּסְּרוּ erudientur, ex Niphal, & Hithpael. Iudic. 13. 5. יֹלַדְתְּ paries, ex præterito יָלַדְתְּ, & participio יוֹלֶדֶת.

Secunda Anomalia continet verba quatuor, vel quinque litterarum, quæ omnia sunt coniugationis Piel, vel Pual, vel Hithpael.

Horum aliqua constant litteris radicalibus diuersis, vt כִּרְבֵּל inuoluit, induit, כִּרְסֵם Impleuit ventrẽ. Alia, suppressa ה tertia thematis, repetita prima, et secunda componuntur ex quiescentibus ל ה, vt שִׂגְשֵׂג creuit, à שָׂגָה; שִׁעֲשַׁע lætatus est, à שָׁעָה. Alia ex duplicantibus secundam formantur repetita prima post se-

 cundam,

cundam, vt קִלְקֵל diligenter tersit, à קלל; גִּלְגֵּל voluit; à גָּלַל ; חִרְחֵר accendit à חָרַר. Alia ex quescentibus secundam prima, et tertia geminata, vt טִלְטֵל proiecit, à טִיל ; קִרְקֵר vastauit, à קִיר. Legitur, etiam אֻמְלַל excisus est, ab אָמַל elanguit. Alia quinque litterarum formantur geminatione secundæ, et tertię, vt חֳמַרְמַר cōturbatus est, à חָמַר; סְחַרְחַר circuiuit, à סָחַר. Porrò repetitio litterarum auget verborum significationem, vt apparet ex allatis exemplis.

Tertia anomalia continet verba, quę maxime variant à forma coniugandi, quę in verbis tum perfectis, tum imperfectis cernitur. Inter hęc est vox, יֵשׁ, sum, es, est, sumus, estis, sunt; quę vna dictione omnes personas vtriusque numeri comprehendit; et more nominum affixa reperitur, יֶשְׁךָ es tu, יֶשְׁכֶם estis vos.

הִשְׁתַּחֲוָה Adorauit, sub hac forma coniugatur in toto Hithpael, cum sit à radice, שָׁחָה.

נָתַן Dedit. Deficit modo in primo, mo-

do

do in vltimo נ. Coniugatur in toto Kal, hoc modo: Præteritum נָתַן, נָתַתָּ, et nonnunquam תַּתָּה, etc. vtrumq; Participium est perfectum. Infinitiuus נ deficiente, תֵּת; et forma perfecta, נָתוֹן et נְתוֹן. Imperatiuus תֵּן, תְּנוּ, etc. Futurum אֶתֵּן, יִתֵּן, etc. In toto Niphal coniugatur vt defectiua Pe Nun. Ex Hophal duæ tantum futuri voces reperiuntur, יֻתַּן, תֻּתַּן.

Est autem Regula apud Grammaticos, quod habita vna voce, liceat integram coniugationem formare in communi, et quotidiano sermone; et inuenta actiua, liceat formare passiuam, et contra. Quod etiam licet facere in omnibus supradictis Anomalis, seruando grammaticam analogiam.

DE INVESTIGATIONE THEMATIS, siue DE RADICE, ET VSV DICTIONARII.

Cap. XX.

a שׁוֹרֶשׁ Radix Thema.

HEbræi vocabula omnia, ingeniosa quadam methodo, ad capita quædam reduxère, quas *a* radices nominarunt: et ex ijs radicibus ordine alphabetico sua Dictionaria cõfecère. Quare qui volet hebraicarum vocum significationem in Dictionarijs inuenire, necessarium ei est illarum vocum radices nosse. Proponimus in huius tertiæ partis fine post tractationem de verbis modum radices inuestigandi, tum quia non est ante hunc locum alius commodior, vt is modus possit facile à tyronibus percipi: tum quia omnes fere radices verba sunt, ac proinde magnam partem spectant ad tractationem de verbis. Vt igitur quocumque vocabulo oblato radicem eius inuestigare valeamus, primum mandanda est memoriæ diuisio litterarum in vndecim

decim radicales, & vndecim seruiles, quam capite primo partis primæ huius secundi libri tradidimus. Deinde sciendum est ex vndecim seruilibus quatuor esse, quæ etsi initio dictionis aliquando seruiant, tamen in medio, ac fine semper sunt de themate, videlicet, אלבש. Rursum alias quatuor in principio, & fine dictionis non raro seruire, in medio autē semper ad radicem pertinere, videlicet, מנכה. Denique reliquas tres תוי vbiq; radicales, & seruiles esse posse. Quibus obseruatis oblata voce, cuius radicem quęrimus, initio remouendę sunt omnes litteræ seruiles, & si quidem remanent litteræ tres radicales; eæ sine dubio radicem efficiunt. quod si seruilibus remotis, non remanent tres litteræ radicales; videndum est, num ex seruilibus eiusdem vocis aliquæ sint de numero earum, quę in medio, & fine sunt semper de themate. Si vero ne hoc quidem modo inuenietur thema; expendendum erit, num fortasse reliquæ litterę dictionis eiusdem, quę ex se radicales, & seruiles esse possunt, in ea dictione sint radicales. Si de-

nique constet, eas non esse vllo modo radicales, manifestum erit vocem ex imperfectis esse, hoc est ex quiescentibus, vel defectiuis: & idcirco pręponendum erit initio Nun, aut Iod, vel inserendum in medio, vau, aut Iod; vel ad finem addendum He, aut Nun, aut certe secunda littera duplicanda. Vt autem hæc thema inuestigandi ratio nobis facilis reddatur, callere debemus vsum litterarum seruilium, & litteras permutabiles, & locum quiescentium, & paragogicarum litterarum. De quibus supra in hoc secundo libro par. 1. cap. 1. & 2. Porrò qui proficere in hac lingua cupiunt, exerceant se in radicibus inuestigandis, textum aliquem sacrę scripturę ex hebręa in latinam linguam, & rursum ex latina in hebraicam vertendo.

PARS QVARTA.

De Dictione, ac reliquis ad linguam Hebraicam pertinentibus.

IN hac parte primum de Dictione agemus, fusius quàm in primo libro; tum de Syntaxi; postremo de Poetica.

DE ADVERBIO, PRAEPOSITIONE, Coniunctione, & Interiectione.

Cap. I.

QVatuor orationis partes *b* Dictio complectitur, Aduerbium, Prępositionem, Coniunctionem, Interiectionem.

b מִלָּה Dictio.

De Aduerbio.

ADuerbia tot sunt apud Hebræos, quot apud alias nationes, quę hoc ordine iuxta varias significationes numerari possunt.

Loci

Loci. *Hic, huc* פֹּה , & פוֹ , & פֹּא .
ibi שָׁם . *illuc* שָׁמָּה . *inde* מִשָּׁם. *intus,*
intra תּוֹךְ . *ubi* אֵי , & אַיֵּה , & אֵיךְ , &
אֵיכָה , & אֵיכֹה . *Foris, foras, extra,*
חוּץ , & חוּצָה . *Hic, huc, illuc, hinc, illinc*
כֹּה , & הֲלוֹם . *Huc* הֵנָּה . *Huc, &*
illuc הֵנָּה וָהֵנָּה , & אָנָה וָאָנָה. *Quò* אָן
& אָנָה , & אָנָה . *Vnde?* מֵאַיִן .
Temporis. *Hodie* הַיּוֹם . *Interdiu, uel*
Die יוֹמָם . *Quotidie* יוֹם יוֹם , & תָּמִיד .
Cras מָחָר & מָחֳרָת . *Heri* תְּמוֹל , &
אֶתְמוֹל , & אִתְּמוֹל . *Nocte pręterita*
אֶמֶשׁ . *Mane* בֹּקֶר · *Veſperi* עֶרֶב . *Nu-*
dius tertius שִׁלְשׁוֹם . *Tunc* אָז , & אֲזַי .
Ex tunc, iam olim מֵאָז . *Nunc* נָא , &
עַתָּה . *Ex nunc, ex hoc tempore* מֵעַתָּה .
Adhuc, dum, ultra עוֹד . *Iam, iampridem*
כְּבָר . *uſque, uſque ad, uſquequo, donec, dum*
עַד . *Quando* מָתַי . *quum, quando* , כִּי .
Mox, repente, ſtatim פִּתְאֹם . *Poſtea,*
poſtquam אַחַר , & אַחֲרֵי . *Antea, ante-*
quam, priuſquam, Nondum טֶרֶם .

Negan-

Negandi. *Non* לֹא, אַל, אֵין, אַיִן, בַּל,
בְּלִי, בִּלְתִּי.

Affirmandi. *Sic* כֵּן. *certe*, *uere* אָמֵן,
אָמְנָם, אֻמְנָם, אָמְנָה. *Profectò* אֲבָל.

Demonstrandi. *En*, *ecce* הֵן, הִנֵּה.

Optandi. *utinam*. לוּא, לוּ, אַחֲלֵי.
Quis dabit, *o si* מִי יִתֵּן.

Hortandi, & obsecrandi. *eia*, *age*, *obsecro*
נָא, אָנָּא, אָנָּה.

Interrogandi. *Nonne?* הֲלֹא. *cur?*
לָמָּה, מַדּוּעַ. *quomodo?* אֵיךְ, אֵיכָה.

Similitudinis. *sicut*, *quasi*, *tanquam*
כְּמוֹ. *Sic* כֵּן, כֹּה.

Qualitatis. *Bene* טוֹב. *Male* רַע.
uere אֱמֶת. *recte* יָשָׁר. *æque* נָכוֹן. *Citò*,
festinanter בִּמְהֵרָה. *Sapienter*. בְּחָכְמָה.
prudenter בְּבִינָה. *legitime* בְּמִשְׁפָּט.

Quantitatis. *Multum* רַב, הַרְבֵּה, מַרְבֶּה
Parum מְעַט. *Modicum*, *paululum*, *paulisper* זְעֵיר, מִזְעָר.

Comparandi. *Plus*, *magis*, *præstantius*
יוֹתֵר.

Vehe-

Vehementię. *ualde* מְאֹד. *Maxime* מְאֹד מְאֹד.

Remissionis. *lentè, quietè, pedetentim* לְאַט. *Sensim* מְעַט מְעַט. *Clam, latenter* בַּלָּאט, בַּלָּט.

Dubitandi. *Ne forsan, si forte* אוּלַי. *An, si* אִם. *Ne forte* פֶּן.

Separandi. *seorsum* לְבַד.

Congregandi. *Simul, unà, pariter* יַחְדָּו, יַחַד.

Gentis. *Hebraice* עִבְרִית. *Syriace* אֲרָמִית. *Græce* יְוָנִית. *latine* רוֹמִיִּת. &c.

Ex his aduerbijs pauca quędã suscipiunt affixa, hoc modo: *Ecce* הֵן. *Ecce ego* הִנְנִי, *uel* הִנֵּנִי. *ecce tu,* הִנְּךָ. *ecce ille* הִנּוֹ. *ecce nos* הִנֵּנוּ. *ecce uos.* הִנְּכֶם. *ecce illi* הִנָּם. *Non* אֵין. *non ego* אֵינֶנִּי. *non tu* אֵינְךָ. *Sicut* כְּמוֹ. *sicut ego* כָּמוֹנִי. *sicut tu* כָּמוֹךָ. *sicut ille* כָּמוֹהוּ. *sicut illi* כְּמוֹהֶם. *Vbi* אַיֵּה. *ubi tu?* אַיֶּךָּ.

De Præpositione.

MVltę propofitiones non funt voces feparatę, fed feruiles litteræ cum alijs vocibus coniunctæ: vt etiam aliquę feruiles aduerbiorum munere funguntur. Eas lege fupra in hoc lib.2. par.1.cap.1. quæ duabus dictionibus comprehenduntur מֹשֶׁה וְכָלֵב . Præpofitiones autem, quæ funt voces feparatę, ordine alphabetico ita numerari pofsunt.

absque,	iuxta,	post,	cum,	ad,
· בְּלֹא ·	אֵצֶל ·	אַחַר ·	אֵת ·	אֶל ·

inter,	propter,		pro,	propter,
· בֵּין ·	בַּעֲבוּר vel	בִּלְעֲדֵי ·	בְּעַד ·	בִּגְלַל ·

contra, è regione,	ante,	extra,	vltra,
· לְעֻמַּת ·	לִפְנֵי ·	חוּץ ·	הָלְאָה ·

coram,	a,ab,	præter,	propter,	fecundum,
· נֶגֶד ·	מִן ·	לְבַד ·	לְמַעַן ·	לְפִי ·

pro,fub,	cum,	trans,	fuper,	circa,	è regione,
תַּחַת:	עִם ·	עֵבֶר ·	עַל ·	סָבִיב ·	נֹכַח ·

Ex quibus prępositionibus nullæ ſunt, quæ non recipiant affixa more nominum & verborum, exceptis ſex, videlicet:

כְּלֹא · הָלְאָה · חוּץ · לִפְנֵי ·

נֹכַח · עֵבֶר :

Quomodo autem puncta mutentur in præpoſitionibus ratione affixorum, ſatis diligenter in dictionarijs explicatur. Illud tamen non videtur omittendum, אֶל & עַל recipere affixa more pluralium nominum, ideſt, addendo jod poſt lamed, & præterea אֶל cum affixis omnibus mutare ∵ in ‥, prçterquam cum affixis, הֶם · הֶן · כֶם · כֶן · cum quibus mutat ∵ in ֱ, vt אֲלֵיכֶם אֵלָיו. Porro prępoſitio עַל cum affixis · הֶם · הֶן · כֶם · כֶן mutat in ֲ, cum alijs autem omnibus in kamèts, vt עָלָיו · עֲלֵיכֶם :

De Coniunctione.

Coniunctiones numerantur omnino ſeptem. Copulatiua ו &, גַּם etiam,

etiam, אַף quoque. Disiunctiua אוֹ vel, aut. Continuatiua אַךְ veruntamen, tamen. Causalis אִם si · לוּלֵי nisi. Rationalis כִּי quoniam. לְמַעַן vt. עֵקֶב, יַעַן propterea, אֲשֶׁר quod, quia.

De Interiectione.

INteriectiones sunt quinque. Dolentis. Vę אוֹי. הוֹ. הוֹי. אֲבוֹי. אֵי. הִי. הָהּ heu, אֲהָהּ · אָה ah.

Gaudentis, הֶאָח euge.

Exclamantis, הוֹי ò.

Admirantis, אֵיכָה · אֵיךְ quomodo.

Blandientis, אָנָּה · אָנָּא · נָא.

DE SYNTAXI.

Cap. II.

MVlta, quę ad Syntaxim pertinent, in Institutionum decursu explicata sunt. Repetemus hoc in loco pręcipua quędam, et addemus aliqua: reliqua ex lectione scripturarum facile

facile percipientur. Reducimus autem omnia ad quatuor capita, Ad constructionem Nominis, Verbi, Relatiui, Seruilium.

Principio autem sciendum, frequenter apud Hebræos, partes orationis, numeros, personas, modos, tempora, genera, et casus inter se, commutari. Porrò nomen, vel iungitur verbo, vel alteri nomini.

I. .. Nomen, et verbum in genere, numero, et persona conuenire debent. Sępe tamen nomen generis masculini iungitur verbo generis fœminini, vt dictum est in hoc lib. par. 2. cap. 1. §.4. et contra nomen generis fœminini interdum iungitur verbo masculino, vt Cant. 2.7. תָּעִירוּ suscitetis, iungitur cum בְּנוֹת filię. Inuenitur etiam sępe nomen numeri singularis cum verbo numeri pluralis, vt Hag. 2. v.8. וּבָאוּ חֶמְדַּת כָּל הַגּוֹיִם, et venient desiderium omnium gentium. et contra, Gen. 1. v. 14. יְהִי מְאֹרֹת Sit luminaria. Solet hoc fieri quando nomen singularis numeri regit nomen numeri pluralis, et contra; tunc enim verbum conuenit

uenit in numero cum posteriore nomine, etiamsi in obliquo sit, vt Iob. 15. v. 20. וּמִסְפַּר שָׁנִים נִצְפְּנוּ Numerus annorum reconditi sunt. Eccl. זְבוּבֵי מָוֶת יַבְאִישׁ יַבִּיעַ שֶׁמֶן Muscę mortis perdit suauitatem vnguenti. Solet etiam id fieri, quando nomen pluralis numeri distributiue exponi potest, vt Gen. 49. v. 22. בָּנוֹת צָעֲדָה Filię discurrit, idest, vnaquęque filiarum discurrit. Sumitur sępe nomen plurale pro singulari, vt diximus par. 2. cap. 2. Quare verbum iunctum tali nomini solet esse singulare.

II. Nomen iunctum nomini, aut est substantiuum iunctum adiectiuo, aut alteri substantiuo. Adiectiuum, et substantiuum in genere, numero, et casu ordinarie consentiunt. Interdum tamen inuenitur adiectiuum generis masculini cum substantiuo generis fœminini; et adiectiuum numeri singularis cũ substantiuo numeri pluralis, vt Esa. 19. v. 4. אֲדֹנִים קָשֶׁה dominorum duri, pro, durorum. Quando autem adiectiuum cum substantiuo non concordat in casu; sed adiectiuum in Nominatiuo, substantiuum in Genitiuo

S est;

est; exponi debet adiectiuum per superlatiuum, vel comparatiuum, vt 1. Reg. 21. v. 7. אַדִּיר הָרֹעִים Potentissimus pastorum, Isa. 29. v. ij. חַכְמֵי יֹעֲצֵי Sapientissimi consiliariorum, vel sapientiores consiliariorum. Adiectiua quoque, quæ apud Latinos ablatiuum regunt, apud Hebręos regũt genitiuũ, vt Ioel 2. v. 5. עֲרוּךְ מִלְחָמָה Instructus pręlij, idest prelio, & in ps. 24. 4. Mundus manuum, & cordis, pro manibus, & corde.

III. Nomen substantiuum quando iungitur substantiuo, ordinarie vnum nominatiui, alterum Genitiui est casus, vt Eccl. 1. v. 1. דִּבְרֵי קֹהֶלֶת בֶּן דָּוִד verba Ecclesiastæ filij Dauid.

Solet etiam substantiuum habere formã regiminis genitiui, etiam non sequente genitiuo, sed litteris seruilibus שבלם, vt Eccles. ij. v. 4. מְקוֹם שֶׁיִּפּוֹל locus, quo cadet. 2. Reg. c. 1. v. 21. הָרֵי בַגִּלְבֹּעַ Montes in Gelboe, &c. Idem iudicium de particulis his litteris significatione respondẽtibus, vt אֵת, אֲשֶׁר & similibus.

Frequentissime Genitiuus nominis substantiui,

ſtantiui, preſertim fœminini, ponitur pro adiectiuo, vt Exod. 3. v. 5. אַדְמַת קֹדֶשׁ Terra ſanctitatis, ideſt, ſancta. Ioſ. 5. 3. חַרְבוֹת צֻרִים gladij lapidum, ideſt lapidei.

Vide Salm. proleg. 14. formula 3.

Sæpe duo ſynonyma coniunguntur, alterum in forma regiminis, alterum regitur, vt pſal. 16. 5. Dominus מְנָת־חֶלְקִי pars portionis meæ. Gen. 13. 16. & ponã ſemen tuum כַּעֲפַר הָאָרֶץ ſicut puluerem terrę. Ita dicitur, pluuia imbris, lutum cęni, terra pulueris.

Sępe duplex regimen continuatur, vt Iob 20. 17. Non videt נַהֲרֵי נַחֲלֵי דְבַשׁ flumina torrentes mellis. quod videtur fieri breuitatis cauſa, ne bis repetatur genitiuus idem, & fluuios mellis, torrentes mellis.

Interdum ponitur regimen, & genitiuus ſubticetur, vt Eſa. 51. 21. וּשְׁכֻרַת וְלֹא מִיָּיִן & ebria, & non à vino, ideſt ebria anguſtijs, vel dolore. Interdum cõtra, Ponitur genitiuus, & regimen ſubintelligitur, vt Daniel. 9. 23. Quia חֲמוּדוֹת, ſubintelligitur אִישׁ vir deſideriorum es. Pſ. 109. 2.

Quia os impij, & os מִרְמָה (viri) doli, idest dolosi.

Verbalia actionem significantia nonnunquam casum suorum verború admittunt, vt: כְּאַהֲבַת יְהֹוָה אֶת־בְּנֵי יִשְׂרָאֵל: secundum amorem Domini filios Israel, idest sicut Dominus amat filios Israel.

IIII. De constructione numerorum dictũ est supra par. 2. cap. 6. Quid faciendum sit quando per dualem numerum loquendum est pluraliter, diximus ibid. c. 2. §. 4.

V. Circa verbi cõstructionem, præter ea, quę dicta sunt in constructione Nominis, cum verbo, ea sunt aduertenda.

Primo, Sępe apud Hebręos desiderari verbum substantiuum, vt psal. 34. v. 8. רְאוּ כִּי טוֹב יְהֹוָה videte, quoniam bonus est dominus.

Secundo, Non raró vsurpari tertiam personam verbi actiui in passiua significatione, vt Gen. 16. Propterea קָרָא vocatum est, nomen putei, puteus viuentis.

Tertio, Infinitiuum interdum capi pro pręterito, & perfecto, & imperfecto, vt apud Latinos: pro Participio, Imperati-

uo,

uo,Futuro,& pro Nomine,vt psal.101.3. עֲשֹׂה facere declinationes odiui,pro opus declinationum. De aliorum temporum permutatione vide,quæ diximus p.3.c.4. Quarto, Futura plurimum Imperatiui, vel optatiui modi esse,Primo in precationibus, quales solent esse psalmi.Secundo in mādatis,& pręceptis, vt Non occides, idest Ne occidas.Tertio quando expresse imperatiuus præcessit; nam posteriora tempora, & Modi à præcedentibus concipiuntur, eorumq; rationem sequuntur. Quinto,Interdum verbo plurali subiungi relatiuum is,ea,id, numeri singularis.quę phrasis distributionē importat, vt Esa.8. 20. Si non dixerint iuxta verbum hoc, quòd non ei aurora,idest quicumque non ita responderit, huic profectò nondum refulsit aurora.

Sexto, Significatio verbi, Habeo,effertur per verbum substantiuū הָיָה fuit,vt apud Latinos: est mihi liber. Sępe tamen hoc verbum omittitur וּלְשָׂרָה בֵּן, & Sarę filius, scilicet Erit.

Septimo, Verbis,quę voluntatem, vel facultatem significant, additur Infinitiuus,

ſeu Gerundiũ cũ ל, vt לֹא חָפַצְתִּי לְקַחְתָּהּ Non volui accipere eam. לֹא יָכוֹל יוֹסֵף לְהִתְאַפֵּק Non potuit Ioſeph continere ſe. Interdum tamen ל omittitur. Octauo, Infinitiuus, augendę ſignificationis gratia, ſui verbi pręterito, aut futuro ſępe pręponitur; imperatiuo vero poſtponitur, vt: רָאֹה רָאִיתִי videndo vidi, בֹּא יָבוֹא veniendo veniet, שִׁמְעוּ שָׁמוֹעַ audite audiendo.

VI. Relatiuum אֲשֶׁר cum ſit vtriuſque generis, ac numeri nec declinetur per caſus, non poteſt non conuenire cum antecedente. Sed aduertendum eſt 1. Relatiuum interdum omitti, ac ſubintelligi, vt Eſa.6. Et in manu eius calculus, forcipe tulit de altari, ideſt quem forcipe tulit. 2. Interdum omitti, ac ſubintelligi antecedens, vt Gen.44.1. וַיְצַו אֲשֶׁר עַל בֵּיתוֹ et pręcepit (ei, ſubintellige) qui ſuper domum ſuam prępoſitus erat. 3. Interdum ſubiungi relatiuo pronomen, quod apud Gręcos, et Latinos ſuperuacaneum videretur, vt Gen.1.ij. אֲשֶׁר זַרְעוֹ בוֹ cuius ſemen eius in ipſo ſit.

VII.Cir-

VII. Circa constructionem seruilium illud notandum, quod litterę משה וכלב sępe in contextu desiderantur, sicut et dictiones aliæ; quę sunt ex orationis filo supplendę. Solent enim graues auctores supprimere, quæ ineptè scriptores non graues exprimunt.

ה Cum Numeris vario modo iungitur. Quando ponitur numerus iuxta numeratum, ה iungitur numerato, vt Iosue 2.4. et tulit mulier אֶת שְׁנֵי הָאֲנָשִׁים duos viros. Gen. 41.20. et comederunt, etc. שֶׁבַע הַפָּרוֹת septem vaccas pulchras. Quando est coniunctio numeri ad numerum, ה modo in priori, modo in posteriori numero, modo cum quolibet numero, modo cum numerato ponitur.

DE POETICA.
Cap. III.

PRo intelligentia sacrarum Scripturarum, quam in primis hę nostrę Institutiones spectant, nihil iuuant quæ de Poetica hebraicę linguæ magistri scribunt. Sumuntur enim ex obseruatione Canticorum. quę à recentiori-

bus Hebræis scripta sunt. Vetus Poetica Mosis, et Prophetarũ penitus ignoratur. Quare non putamus esse operæ prætium fusiorem hoc in libro de hebraica Poetica tractationem texere. Legat alios, qui volet. Quia tamen Poesis delectatione sua incitamentum esse solet ad scribendũ: scriptio autem efficacitatem magnam habet ad linguarum peritiam animis i--serendam: vt nihil in hoc opere desit eis, qui hoc etiam incitamento vti volent ad linguam hebraicam ediscendam; de Poetica quoque dicemus quantum satis est.

Ex obseruatione recentiorum Hebręorum, ad versus scribendos hebraicos, qui quidem iucunditatem auribus afferant, ea sunt præcepta præcipua.

I. Singulos versus non debere magnum habere numerum syllabarum. Cum enim apud Hebræos omnes vocales pro longis habeantur, exceptis sheuà, et punctis raptis: non est admodum laborandum de syllabarum quantitate, sed tantum de numero, ne tam magnus sit, vt versus in longum ductus reddatur auribus insuauis. Non videtur facile protrahendus vltra syllabas vndecim.

II. Pos-

II. Posse versum quemq; quatuor, quinque, sex, septem, octo, alio syllabarum numero constare.

III. Versum hebraicum vtramque scriptionis formam admittere & liberam, seù rhythmo solutam, et vinctam rhythmo.

IIII. Carmen, siue scriptionem integram, et singulas strophas posse et vno; et pluribus versuum generibus constare: vt et in latinis odis cernimus apud Horatium, et in italicis apud Petrarcham, & alios.

V. Carmen rhythmicum posse varium esse. vel singulis strophis eodem rhythmo. vel in eadem stropha quatuor versuum, primo, et secundo versu eodem rhythmo; tertio, et quarto alio rhythmo: aut primo, et quarto vno; secundo, et tertio alio rhythmo, seu terminatione: aut tribus primis eadem, quarto alia terminatione. vel in eadem stropha trium versuum, primo, et secundo versu consentientibus, tertio discrepante: aut consentiente primo cum tertio, secundo discrepante. vel in eadem stropha duorum versuum, vtroque versu eodem rhythmo, vel vna stropha alteri strophæ vario mo-

do suis versibus respondente. vel alia ratione.

V I. Rhythmum, siue terminationem similiter cadentem, posse vel secundum vnam tantum vltimam litteram cum alterius versus terminatione consentire, vt hæ duæ dictiones sibi respondent
a אָמַר *a amàr dibbèr*. vel secundum vltimam
דִּבֵּר litteram, et vltimum punctum, vt *b amàr shabbàr*. vel secundum vltimam sylla-
b אָמַר bam; qui modus terminationis iucundis-
שָׁבַר simus est, vt *c amàru shàru*.

Quamquam hęc præcepta ex latino-
c אָמָרוּ rum, ac vulgarium nostrorum carmi-
שָׁרוּ. num pręceptis, ac exemplis facile intelliguntur: ad maiorem tamen facilitatem aliquot hebraicorum versuum exempla subijciamus.

Exem-

Exemplum carminis soluti septem syllabarum.

æterni	Solis	In ortu
עוֹלָם	הַשֶּׁמֶשׁ	בְּצֵאת
nocte	in media	qui
הַלַּיְלָה	בְּתוֹךְ	אֲשֶׁר
alter	plusquam Sol	splenduit
אַחֵר	מִשֶּׁמֶשׁ	נָגַהּ
	meridiei	in medio
	הַצָּהֳרַיִם׃	בְּתוֹךְ

Similes hi versiculi sunt versiculis adonicis Græcis, ac Latinis; vt his Græcis in puerum Iesum.

Πρῶτον τεὸν τὸ δάκρυ	Prima tua lachryma
Ε'ξ ὀμμάτων καταῤῥοῦν	Ex oculis defluens
Ε'τυψε τόυμὸν ἦτορ.	Percussit meum cor.

Exem-

Exemplum carminis soluti sex syllabarum.

dilectus meus	myrrhæ	Fasciculus
דוֹדִי	הַמֹּר	צְרוֹר
commorabitur.	vbera mea	Ergo inter
יָלִין׃	שָׁדַי	וּבֵין

Exemplum carminis rhythmici.
Elias Cant. 5.

אֲחַוֶּה אֶת־דֵּעִי	Indicabo scientiam meam
בְּשֵׁם הָאֵל רוֹעִי	In nomine Domini pascêris me:
וְהוּא יִתֵּן יִשְׁעִי	Et ipsa dabit auxilium mihi
לְיַשֵּׁר מַעְגָּלִים׃	Ad dirigendas semitas.

Finis Libri Secundi.

Psalmus Alphabeticus, trigesimus tertius, secundum Hebræos trigesimus quartus.

מזמור לד

לְדָוִד בְּשַׁנּוֹתוֹ אֶת-טַעְמוֹ לִפְנֵי אֲבִימֶלֶךְ
וַיְגָרְשֵׁהוּ וַיֵּלַךְ׃



א אֲבָרְכָה אֶת-יְהוָה בְּכָל-עֵת תָּמִיד
תְּהִלָּתוֹ בְּפִי׃
בַּיהוָה תִּתְהַלֵּל נַפְשִׁי יִשְׁמְעוּ
עֲנָוִים וְיִשְׂמָחוּ׃
גַּדְּלוּ לַיהוָה אִתִּי וּנְרוֹמְמָה שְׁמוֹ יַחְדָּו׃
דָּרַשְׁתִּי אֶת-יְהוָה וְעָנָנִי וּמִכָּל מְגוּרוֹתַי הִצִּילָנִי׃
הִבִּיטוּ אֵלָיו וְנָהָרוּ וּפְנֵיהֶם אַל-יֶחְפָּרוּ׃
זֶה עָנִי קָרָא וַיהוָה שָׁמֵעַ וּמִכָּל-צָרוֹתָיו הוֹשִׁיעוֹ׃
חֹנֶה מַלְאַךְ-יְהוָה סָבִיב לִירֵאָיו וַיְחַלְּצֵם׃
טַעֲמוּ וּרְאוּ כִּי-טוֹב יְהוָה אַשְׁרֵי הַגֶּבֶר יֶחֱסֶה-בּוֹ׃
יְראוּ אֶת-יְהוָה קְדֹשָׁיו כִּי-אֵין מַחְסוֹר לִירֵאָיו׃
כְּפִירִים רָשׁוּ וְרָעֵבוּ וְדֹרְשֵׁי יְהוָה לֹא-יַחְסְרוּ
כָל-טוֹב׃

לכו-בנים

לְכוּ־בָנִים שִׁמְעוּ־לִי יִרְאַת יְהוָה אֲלַמֶּדְכֶם׃
מִי־הָאִישׁ הֶחָפֵץ חַיִּים אוֹהֵב יָמִים לִרְאוֹת טוֹב׃
נְצוֹר לְשׁוֹנְךָ מֵרָע וּשְׂפָתֶיךָ מִדַּבֵּר מִרְמָה׃
סוּר מֵרָע וַעֲשֵׂה־טוֹב בַּקֵּשׁ שָׁלוֹם וְרָדְפֵהוּ׃
עֵינֵי יְהוָה אֶל־צַדִּיקִים וְאָזְנָיו אֶל־שַׁוְעָתָם׃
פְּנֵי יְהוָה בְּעוֹשֵׂי רָע לְהַכְרִית מֵאֶרֶץ זִכְרָם׃
צָעֲקוּ וַיהוָה שָׁמֵעַ וּמִכָּל־צָרוֹתָם הִצִּילָם׃
קָרוֹב יְהוָה לְנִשְׁבְּרֵי־לֵב וְאֶת־דַּכְּאֵי־רוּחַ יוֹשִׁיעַ׃
רַבּוֹת רָעוֹת צַדִּיק וּמִכֻּלָּם יַצִּילֶנּוּ יְהוָה׃
שׁוֹמֵר כָּל עַצְמוֹתָיו אַחַת מֵהֵנָּה לֹא נִשְׁבָּרָה׃
תְּמוֹתֵת רָשָׁע רָעָה וְשׂוֹנְאֵי צַדִּיק יֶאְשָׁמוּ׃
פּוֹדֶה יְהוָה נֶפֶשׁ עֲבָדָיו וְלֹא יֶאְשְׁמוּ
כָּל־הַחוֹסִים בּוֹ׃



EXERS

EXERCITATIO GRAMMATICA IN PSALMVM XXXIII.

Secundum Hebræos XXXIIII.

AVCTORE
ROBERTO BELLARMINO
SOCIETATIS IESV S. R. E.
Cardinali.

א

Versus I.

semper tempore omni in Dominum Benedicam

אֲבָרְכָה אֶת־יְהֹוָה בְּכָל ־ עֵת תָּמִיד

tamid bheth bechol Adonai eth Auarechà

in ore meo. laus eius.

תְּהִלָּתוֹ בְּפִי׃

bhephi. tehillathò

(אֲבָרְכָה) BEnedicam. Est prima persona singularis futuri à verbo a *barèch* in coniugatione Piel. Itaque prima littera b *Aleph* est formatiua primæ personæ futuri, vide in Grãmatica pag. 108. Deberet autem hæc littera habere sub se sheua simplex: id enim requirit coniugatio Piel: tamen habet sheuà compositum, quia litteræ gutturales, qualis est Aleph, non patiuntur sub se initio dictionis sheua simplex, vide pag. 128. Secunda littera c *Beth*, est prima radicalis, & habet sub se kamèts, non pathahh,

a בָּרֵךְ

b א

c ב

thàhh, vt coniugatio Pièl requireret; quia sequens littera deberet habere daghèsh forte, quod est signum coniugationis Pièl, cuius tamen non est capax; & propterea suppletur per longam vocalem præcedentem. vide pag. 221. Linea, quæ sequitur post kamèts, est accẽtus rhetoricus, qui dicitur Metheg, cuius officium est retinere syllabam, sine quo illud Kamèts non esset kamèts, sed kamèts hhatùph. vide pag. 20. & 172.

ר d Tertia littera quæ est d *Resh*, est secunda radicalis, & deberet habere sub se punctum tserè, sed habet sheuà

ה e mobile propter e *He* super additum in fine, de quo

כ f mox dicemus. Quarta littera, quæ est f *Kaph*, est vltima radicalis, & habet sub se kamèts propter sequentem litteram; nam alioqui sheuá quiescens habere

אֲבָרֵךְ g deberet hoc modo g *abbarècb*. Vltima littera est paragogica, ornatus gratia superaddita, vide pag. 121.

[אֵת] Est articulus accusatiui casus, vide pag. 30. linea sequens, est accentus rhetoricus, qui dicitur Makkaph, & coniungit vnam dictionem cum altera, vide pag. 173. & præterea puncta longa mutat

אֶת h in breuia, h vt hoc loco tserè in segòl sub voce eth. pag. 144.

אֵת [יְהֹוָה] Nomen est proprium Dei, cuius radix est i *haià*, quod verbum significat esse.

הָיָה i Itaque prima littera, quæ est Iod, est formatiua nominis proprij, vide pag. 184. Reliquæ tres litteræ radicem ipsam exprimunt. Nisi quod loco Iod quæ esse debuit secunda radicalis, ponitur vau. Sunt enim hæ litteræ permutabiles, pag. 121. Sanè pronunciatio huius nominis vera, atq; germana ignota est: & idcircò qui primi puncta vocalia repererunt, cum huius vocabuli sonum

אֲדֹנָי K proprium ignorarent, puncta ei aliena, idest, nominis k *Adonài* subiecerunt, nimirum vt vbi hoc no-

יְהֹוָה l men l *Iehouà* inueniremus, per aliud nomen Dei sonum eius efferremus. Neque nos mouere debet, quod

אֲדֹנָי m in voce m *Adonài* primum punctum est sheuà compositum, in voce autem n *Iehouà* simplex. Id enim

יְהֹוָה n ex eo accidit, quod nec Aleph initio dictionis sheuà simplex ferre possit, cum sit gutturalis littera: nec iod

sheuà

sheuà compositum sub se vnquam habere soleat. Quod verò alioqui puncta nominis o *Iehouà* sint ipsa puncta nominis p *Adonài*, & Adonai legendum sit, non Iehouà, cum occurrit nomen Dei q *Iehouà*, quatuor rationibus ostendi potest. Primo quia vbicunque simul occurrunt hęc duo nomina, ne cogamur bis dicere Adonai, ipsi nomini r *Iehouà* puncta subijcijciuntur nominis s *Elohim*, vt initio Abdiæ Prophetæ, t *Co-amar Adonài Iehouì*; & in fine Habacuc u *Iehouì Adonài hheli*. Secundo, quia si præcedat hoc nomen littera seruilis Beth, vel Kaph, vel Lamedh, aut vau, non scribitur x *Bihouà* y *Kihouà* z *Lihouà* a *Vihouà*, vt secundum regulas scribendum esset si Iehoua pronunciaremus; sed *Bahouà*, c *Kahouà* d *Lahouà* e *Vahouà*, vt nomen ipsum Adonai requirit. vide pag. 139. 140. Tertio, quia post f *Iehouà* litteræ g *Begàd* h *Cephàth* recipiunt daghèsh lene, vt in hoc ipso primo versu psalmi perspicuum est: at hoc non posset fieri, si legeremus Iehoua, & non Adonai. Siquidē vltima littera vocis Iehouà est Hè quiescens, vltima verò vocis Adonai est Iod mobile. Litteræ autem illæ Begad Cephath initio dictionis semper habent daghèsh lene, nisi præcedat immediatè littera quiescēs, vide pag. 132. §. 6. Cur denique Prouerb. 16 scribitur i *Mehouà*, nisi, quia in pronunciatione huius vocis post Mem sequitur Aleph, quæ littera non est capax daghèsh, & ideo verti debet hhirik in tserè sub littera Mem, vide pag. 137. Neque vero Rabbini punctorum inuentores primi sunt, qui nomen Dei k *Iehouà* per l Adonai efferre cœperunt. Siquidem D. Hieronymus istis Rabbinis antiquior Exod. c. 6. ver. 3. ita vertit illa Hebraica verba m *Vmihì Iehoualo nodhabhhti lahèm*. Et nomen meum Adonai non indicaui eis. Origenes quoq; D. Hieronymo vetustior in tetraplis, atque exaplis suis in ea columna, in qua voces Hebraicas Græcis litteris descripsit, vbique pro יְהֹוָה ἀδωνάι posuisse fertur. Ipsi etiam lxx. vetustissimi Interpretes semper nomen n *Iehoua* per κύριος reddiderunt, quod Latine Dominus

o יְהֹוָה
p אֲדֹנָי
q יְהֹוָה
r יֱהֹוִה
s אֱלֹהִים
t כֹּה אָמַר
אֲדֹנָי
יֱהֹוִה
u יֱהֹוִה
אֲדֹנָי
חֵילִי
x בִּיהֹוָה
y כִּיהֹוָה
z לִיהֹוָה
a וִיהֹוָה
b בַּיהוָה
c כַּיהוָה
d לַיהוָה
e וַיהוָה
f יְהֹוָה
g בגד
h כפת
i מֵיהוָה

יְהֹוָה k nus, Hebraice o *Adonai* dicitur. & quod est omnium
אֲדֹנָי l maximum, Christus, & Apostoli cum sępè ex testa-
mento veteri proferant testimonia, in quibus hoc no-
וּשְׁמִי m men continetur; nunquam tamen Iehoua dixerunt,
semper Dominus. cum tamen alia nomina propria
יְהֹוָה suis vocibus expresserint, vt Adam, Noe, Abrahám,
Euam, Saram, Mariam. Denique apud veteres omnes
לֹא inauditum fuit semper nomen Iehoua: & licet aliqui
נוֹדַעְתִּי nomen p *Iehoua* per Iaho, vt Clemens Alexand. lib. 5.
strom. Macrobius l. 2. Saturna. cap. 18. & Diodorus Si-
לָהֶם׃ culus lib. 1. Bibliothecæ: aliqui per Iaue, aut Iah, vt
Theodor. q. 15. in Exodū, exprimi posse crediderunt:
יהוה n plures tamen hoc nomen τετραγράμματον, &
אדני o ἄῤῥητον, atque ἀνεκφώνητον vocauerunt. vide Origen.
יהוה p homil. 14. in lib. Numer. Euseb. l. 11. de præpar. Euang.
cap. 8. Greg. Nazianz. oratione 4. de Theologia. Theo-
doret. q. 15. in Exod. Hierony. epist. 136. ad Marcellam,
& in cap. 16. Ezech. Non displicet tamen eorum con-
iectura, qui nomen hoc nihil aliud esse credunt, quam
tertiam personam futuri verbi substantiui, & hunc
יִהְיֶה q in modum scribi, & efferri debere q *jhiè* quod signifi-
cat, Erit, siue Erat, siue Est; quod propriè Deo soli cō-
uenire docemur Exod. 3.

בְּ r [בְּכָל־] in omni. Littera r Beth cum sheuà mobili
deseruit loco pręposítionis, in, pag. 109. & 140
כָּל־ ſ vox autem ſ *kol*. est nomen indeclinabile; significatq;
omne, totum, vniuersum, in quolibet genere, numero,
& casu. Deriuatur per detractionē vnius litteræ à ver-
כָּלַל t bo t *Kalal*, quod perficere significat, pag. 185. lin.
vlt. & si quidem non sequatur accentus makkaph, vt
כּוֹל u hoc loco, scribitur per hhòlem u *kol*, pag. 144.

עֵת x [עֵת] tempore. Nomen est deriuatiuum formatum
per detractionem à radice x *hhhauath*, quod
עָתַת y est iuuertere; quia tempus videlicet omnia mutat, &
עֵת z inuertit. Sed fortasse verius diceremus radicem eius es-
se y *hhhathath*, quod verbum non est amplius in vsu.
עִתִּים a Nam in plurali z *hhheth* facit a *hhhittim* vbi punctum
daghèsh indicat defectū alterius tau radicalis, pag. 134.

porro

porro furcula inuersa, quæ subiecta est huic voci b *bhbeth*, est accentus distinguens mediam periodum, diciturque athnahh, vide pag. 168. עֵת b

[תָּמִיד] semper. Aduerbium temporis est, significatq; quotidie, sẽper, iugiter, pag. 166. Est etiam nomen significans quotidianum, continuũ, iuge.

[תְּהִלָּתוֹ] laus eius. Nomen est fœmininum cũ pronomine affixo tertiæ personæ. Radix est c *balal* laudare, inde fit nomen d *tehilla* laus, vbi tau est littera formatiua nominis, pag. 184. littera He, & Lamed sunt prima, & tertia radicalis; secunda radicalis deest, sed loco eius est daghèsh forte in tertia. Postrema littera he cum præcedente kamèts est signum generis fœminini, pag. 28. & 111. in regimine genitiui vertitur he in tau, & pro e *tehilla* dicitur f *tehillath* pag. 31. addito autem pronomine affixo redit Kamets, & fit g *tehillathò* laus eius, vide pag. 150. הָלַל c תְּהִלָּה d תְּהִלָּה e תְּהִלַּת f תְּהִלָּתוֹ g

[בְּפִי] in ore meo. Littera Beth est præpositio, in, vt supra diximus, & caret daghesh leni propter præcedentem litteram quiescentem. vox autem h *phi* est nomen cum affixo pronomine primæ personæ. Radix est i *Pè* os, & tam in regimine simplici, quam cum affixo primæ personæ facit K *Pi* in plurali l *Pim* ora, pag. 148. linea subiecta huic voci m *Pi* est accentus distinguens integram periodum, diciturq; soph pasuk pag. 166. 168. פִּי h פֶּה i פִּי k פִּים l פִּי m

ב

Versus II.

andient	mea anima	laudabitur	In Domino
יִשְׁמְעוּ	נַפְשִׁי	תִּתְהַלֵּל	בַּיהוָה
yishmebhbù	*naphshì*	*tithhallèl*	*Badonai*
	lætabuntur. &	mansueti.	
	וְיִשְׂמָחוּ׃	עֲנָוִים	
	yismàbhbu. ve	*bhbanauim*	

n יהוה׃ [בַּיהוָה] IN Domino. Littera Beth seruit loco præpositionis,in. n *leboua* est nomen Dei, de quo supra diximus.

o הָלַל [תִּתְהַלֵּל] laudabitur. Est tertia persona futuri generis fęminini, verbi o *halal* in coniugatione Hithpael, vide pag. 228. Quia vero verba in coniugatione Hithpael significant actionem eiusdem

p תִּתְהַלֵּל in seipsum, ideo p *titbhallèl* significat, laudabitur anima à seipsa, sed in domino, non in seipsa, idest, laudando

q נֶפֶשׁ dominum, seipsam quodammodo laudabit, cum laus domini in seruos etiam redundet. Nisi magis placeat,

r נַפְשִׁי hic laudari accipi pro lætari, & gloriari.

ſ שָׁמַע [נַפְשִׁי] anima mea. Nomen est fœmininum cum affixo pronomine primæ personæ.

t לָמַד Radix est ipsum nomen q *nèphesh* anima, & cum affixo r *naphshì* anima mea. De ista punctorum muta-

u יִלְמְדוּ tione, vide pag. 82. & 145.

x שָׁמַע [יִשְׁמְעוּ] audient. Tertia persona est futuri, numeri multitudinis verbi ſ *shamahhh* in

y יִשְׁמְעוּ coniugatione Kal, sicut enim à t *lamadh*, fit u *ÿlmedù* ita à x *shamahhh* audiuit, fit y *ÿshmehhhù* audient, pag. 56. Quia tamen Hebræi carent Imperatiuo tertię personæ, & pro eo vsurpant futurum: idcircò noster Interpres rectè vertit, audiant.

z עָנָה [עֲנָוִים] mansueti. Nomen est masculinum numeri multitudinis. Radix est z *hhhana*

a עָנָו quod verbum significat respondere, humilem, pauperem, mitem esse. Inde fit nomen a *hhhanàu* mitis,

b עֲנָוִים mansuetus, humilis, vbi vau est loco He vltimæ radi-

c דָּבָר calis, in plurali b *hhhanauìm* sicut à c *dabbàr* fit

d דְּבָרִים d *debbarìm* nisi quod sub prima littera vocis e *hhanauìm* est sheuà compositum, quia aijn est littera gutturalis. De formatione pluralis numeri à singulari, vi-

e עֲנָוִים de pag. 29.

f יִשְׂמְחוּ [וְיִשְׂמָחוּ׃] lætentur. Littera vau est seruilis, significatq; hoc loco, Et, pag. 111.

vox autem f *ÿsmàhhu* est tertia persona pluralis fu-

g שָׂמַח turi verbi g *samàhh* in coniugatione Kal. Debuit

autem

autem secundum regulam scribi h *ijsmehhù* sicut i *ijsmehhù*; tamen propter accentum soph pasuk, qui indicat finem periodi, mutatum est sheuà secundæ radicalis in Kamets. Hoc etiam loco pro futuro lætabuntur, rectè vertit Interpres per modum imperandi, lætentur, quod careāt Hebræi tertia persona imperatiui. h יִשְׂמְחוּ i יִשְׂמְחוּ

ג

Versus III.

magnificate	Dominum	mecum	exaltemus, &
גַּדְּלוּ	לַיהוָה	אִתִּי	וּנְרוֹמְמָה
Gaddelù	*ladonài*	*ittì*	*vnromemà*

eius nomen	pariter.
שְׁמוֹ	יַחְדָּו׃
shemò	*iahhdàu.*

[גַּדְּלוּ] magnificate. Est secunda persona numeri multitudinis, modi imperatiui, verbi k *gadhàl* in coniugatione Piel. Itaque l *gadhal* significat magnus fuit, in Piel m *giddèl* magnificauit, in imperatiuo n *gaddelù* magnificate, sicut o *lammedù* pag. 220. k גָּדַל l גָּדַל m גִּדֵּל n גַּדְּלוּ o לַמְּדוּ

[לַיהוָה] Dominum. Littera lamed est seruilis, deseruitq; hoc loco pro articulo accusatiui casus, vide pag. 109. De יהוה dictum est.

[אִתִּי] Mecum. Præpositio est cum affixo pronomine primæ personæ. Nam p *eth* est præpositio, cum, pag. 30. & 269. & recipit affixa more nominum. p אֵת

[וּנְרוֹמְמָה] Et exaltemus. Littera vau seruilis est, significans, &, habet autem punctum in ventre loco sheuà propter aliud sheuà sequens, pag. 139. Vox q *neromemà* est prima persona pluralis q נְרוֹמְמָה

רוּם r futuri in Piel à verbo r *rum* cum ſuperaddito Hè pa-
רוּם ſ ragogico. Radix ergo eſt ſ *rum* quod eſt verbum ex quieſcentibus Aijn vau, & ſignificat exaltare. In Piel,
רוֹמֵם t ſiue Poel facit t *romem* exaltauit, in futuro u *aromèm, leromèm, teromèm, neromèm*, addito autē Hè pa-
אֲרוֹמֵם u ragogico fit x *neromemà* exaltabimus, vel exaltemus
יְרוֹמֵם de more Hebræorum, qui per futurum exprimunt etiam imperatiuum.

תְּרוֹמֵם [שְׁמוֹ] Nomen eius. Nomen cum affixo tertiæ perſonæ. Radix eſt y *ſhem*, & cum affixo z *ſhemò* nomen eius, vide pag. 148.
נְרוֹמֵם

נְרוֹמְמָה x [יַחְדָּו] Pariter. Aduerbium à radice a *iahhad* quod verbum ſignificat vnire. Inde enim fit aduerbium b *iàhhad*, & c *iahhdàu* pariter, ſimul, vide pag. 268.

שֵׁם y

שְׁמוֹ z

ד

יָחַד a

Verſus IV.

יַחַד b

יַחְדָּו c

Omnibus ex &	me audiuit &	dominum	Quæſiui
וּמִכָּל־	וְעָנָנִי	אֶת־יְהוָה	דָּרַשְׁתִּי
vmiccòl	*vehhhanàni*	*Adonài eth*	*Daràſht*

me liberauit	meis pauoribus.
הִצִּילָנִי׃	מְגוּרוֹתַי
bizzilàni	*megurothài*

דָּרַשׁ d [דָּרַשְׁתִּי] Quæſiui. Prima perſona ſingularis, preteriti verbi d *daràſh* in coniugatione kal, ſicut lamadthi, vide pag. 47.

עָנָה e [וְעָנָנִי] Et audiuit me. Tertia perſona ſingularis præteriti verbi e *hhanà* audiuit, reſpondit, in coniugatione kal, cum affixo primæ perſonæ. Siquidem tertia radicalis ad præſentiam

tiam affixorum excidere solet. Itaque à f *bbbanà* addito g *ni* quod est affixum primæ personæ, & remota littera He fit h *bbbanàni* audiuitme, siue respondit mihi, pag. 88.

[ומכל] Et ex omnibus. littera vau seruilis est, significans, Et: habet autem punctum in ventre loco sheua propter sequentem litteram labialem, vide pag. 139. Sequens particula i *mi* est præpositio k *min* quæ significat, ex, ab, de; sed euphoniæ causa vbique perdit litteram Nun, & loco eius infigit daghesh in seq. pag. 134. & 137. De voce l *col*. dictum est versu primo.

[מגורותי] pauoribus meis. Nomen est fœmininum numeri pluralis cum affixo primæ personæ. Radix est, m *gur*, quod verbum significat peregrinari, & pauere. Inde fit nomen masculinum n *magbòr* siue o *magbùr* pauor, vbi littera Mem est formatiua nominis, vide pag. 114. & 184. Ab hoc masculino p *magbùr* fit fęmininum q *megburà* pag. 28. in plurali r *megburòth* pauores, pag. 29. & cùm affixo ſ *megburothài* pauores mei, pag. 38.

[הצילני:] liberauit me. Præteriti persona tertia singularis verbi t *natsàl* in coniugatione Hiphìl cum affixo primæ personæ. Itaque à u *natsàl* quod est verbum ex defectiuis Pe Nun, fit in Hiphìl x *hitstsil* liberauit. vide pag. 63. & cum affixo הצילני liberauit me pag. 88. sub littera Lamed est kamets pro pàthahh, si quidem ante affixum primæ personæ in verbis ponitur pathahh, vide pag. 88. tamen propter accentum soph pasuk vertitur hoc loco pathahh in kamets, vide pag. 143

f עָנָה
g נִי
h עֲנָנִי
i מִ
k מִן
l כָּל־
m גּוּר
n מַגוֹר
o מָגוּר
p מָגוּר
q מְגוּרָה
r מְגוּרוֹת
ſ מְגוּרוֹתַי
t נָצַל
u נָצַל
x הִצִּיל

ה

Versus V.

sunt illustrati &	eum ad	aspexerunt
וְנָהָרוּ׃	אֵלָיו	הִבִּיטוּ׃
venabàru	*elàu*	*Hibbitu*
confundentur.	non	eorum facies &
יֶחְפָּרוּ׃	אַל	וּפְנֵיהֶם
iehhpàru	*al*	*vphnehèm*

[הִבִּיטוּ׃] Aspexerunt. Tertia persona pluralis præteriti verbi a *nabbàt* in Hiphil; verbum b *nabbàt* ex defectiuis Pe Nun, in Hiphil facit c *hibbìt* aspexit. Inde d *hibbitu* aspexerunt, pag. 49. & 63. Sciendum est D. Hieronymum, & lxx. Interpretes non legisse e *bibbitu*, sed f *habbitu* in Imperatiuo, & ideo vertisse, accedite, videlicet oculis, idest respicite.

[אֵלָיו] Ad eum. Præpositio cum affixo. Radix videtur esse g *alà*. inde fit præpositio h *el* ad, & scribitur cum segòl, vt distinguatur ab i *el* quod est vnum ex nominibus Dei. cum affixo personę mutat segòl in tserè, & additur jod post lamed, & fit אֵלָיו ad eum, vide pag. 270.

[וְנָהָרוּ׃] Et illuminati sũt. Tertia psona pluralis verbi k *nabàr*, quod in Kal significat confluere, & illuminare: in tertia persona plurali facit l *nabarù* vbi sub littera He est sheua cõpositum, non simplex de more aliorum verborũ; quia He littera gutturalis est, & propterea non patitur sub se sheuà simplex, vide pag. 128. Hoc autem loco propter accentum distinctiuum, non est etiam sheuà cõpositum

a נָבַט
b נָבַט
c הִבִּיט
d הִבִּיטוּ
e הִבִּיטוּ
f הַבִּיטוּ
g אָלָה
h אֶל
i אֵל
k נָהַר
l נָהֲרוּ

positum, sed Kamèts, vide pag. 143. Porro D. Hieron. qui vertit confluite, & lxx. Interpretes, qui verterunt illuminamini, non legerunt m *nahàru* sed in imperatiuo n *naharù*.

(וּפְנֵיהֶם) & facies eorum. Littera vau habet punctum in ventre loco sheua, quia præcedit litteram labialem, nimirum Pe, vide pag. 139. illud autem o *penehèm* nomen est plurale cum affixo. radix est p *panà* aspexit; inde fit nomen q *panim* faciès, & solum inuenitur in numero plurali. in regimine facit r *penè* & cùm affixo s *penehèm* facies eorum, pag. 38. Est autem obseruandum D. Hieronymum, & lxx. qui verterunt, facies vestræ. non legisse t *penehèm*, sed u *penechèm*.

[אַל] non. Aduerbium negandi, sicut etiam לֹא, vide pag. 267.

[יֶחְפָּרוּ:] Confundentur. Tertia persona pluralis futuri Kal à verbo x *hhaphàr* quod est erubescere, & confundi. Habet autem sub littera Iod punctum segòl propter sequentem gutturalem; & sub littera Hheth habet sheuà simplex pro composito ad pronunciationis decorem. vide pag. 129. denique sub littera Pe habet Kamets pro sheua propter accentum distinctiuum, vide pag. 143.

m נָהְרוּ
n נַהֲרוּ:
o פְּנֵיהֶם
p פָּנָה
q פָּנִים
r פְּנֵי
s פְּנֵיהֶם
t פְּנֵיהֶם
u פְּנֵיכֶם:
x חָפַר

ז

Versus VI.

Iste	pauper	clamauit	& dominus	audiuit
זֶה	עָנִי	קָרָא	וַיהוָה	שָׁמֵעַ
ze	hhhani	*karà*	*vadonài*	*shamèahhh*

& ex omnibus	angustijs eius	saluauit eum.
וּמִכָּל־	צָרוֹתָיו	הוֹשִׁיעוֹ:
vmiccòl	*tsarothàu*	*hoscibhhò*

Iste,

[זֶה] Iste, Pronomen demonstratiuum, generis masculini, iste, hic. pag.39.

a עָנָה [עָנִי] pauper, a verbo a *bbbanà* quod est humilem, & pauperem esse, fit nomen
b עָנִי b *bbbanî* pauper, vbi Iod est loco Hè vltimæ radicalis.

[קָרָא] clamauit, est persona tertia singularis preteriti masculini generis, & proinde ipsa radix.

[שָׁמַע] audiuit, est etiam ipsa radix, dicimus enim שָׁמַע & שְׁמַע pag. 211. Porrò pàthahh sub littera Ajin est additum propter pronunciationem litteræ Ajin pag. 21. & 131.

[וּמִכָּל] vide supra versu 4.

c צוּר [צָרוֹתָיו] Angustijs eius, à verbo c *tsur*, quod est
d צָרָה angustijs afficere, fit nomen fœmininũ
d *tsarà* angustia. In plurali e *tsaròth* angustiæ, cum
e צָרוֹת affixo tertiæ personæ f *tsarothàu* angustiæ eius pag. 38.
f צָרוֹתָיו [הוֹשִׁיעוֹ] saluauit eum. Radix est g *iasbàbbb* vnde fit h *ièsbabbb* salus. Inde fit
g יָשַׁע verbum in Hiphil i *hosbìabbb* saluauit. vide quiescentia Pe Iod pag. 70. & 239. addito affixo fit k *ho-*
h יֵשַׁע *sbibbbò* saluauit eum pag. 93. Inde est nomen l *Iebo-*
i הוֹשִׁיעַ *sbùabbb* Iesus. Nec enim scribi debet m *Iesbù*, vt
k הוֹשִׁיעוֹ Iudæi per contemptum scribunt; nec etiã n *ièsbubbbà*
l יְהוֹשֻׁעַ quod salutẽ, non saluatorẽ significat, sed o *iebosbùabbb*
m יֵשׁוּ quod semper lxx. Interpretes verterunt ἰησοῦς, vnde
n יְשׁוּעָה est latinum Iesus; & quod nomen fuit Iesu Naue, &
o יְהוֹשֻׁעַ Iesu Iosedech, qui typum gesserunt Saluatoris nostri;
p הוֹשִׁיעַ & quod denique veram habet formam nominis proprij, & Saluatorem significat, cum Iod initio positum sit proprij nominis formatiuum, & reliquę litteræ sint verbi p *hosbìabbb* quod est saluare.

Versus

ח

Verſus VII.

circa	domini	angelus	Caſtrametatur
סָבִיב	יְהוָה	מַלְאַךְ	חֹנֶה
ſauibb	*Adonài*	*malàch*	*Hbonè*

eos. eripuit &	eum timentes.
וַיְחַלְּצֵם׃	לִירֵאָיו
vaibballetſem	*lireàu*

[חוֹנֶה] Caſtrametatur. Participium pręſens à verbo q *bbanà* quod propriè ſignifi- חָנָה q
cat caſtrametari. Sed quia carent Hebręi pręſenti tépore,& pro eo vtuntur plerumque participio pręſenti, ideò r *bbonè* rectè vertitur, caſtrametatur, ſiue circundat more caſtrorum. vide inflexionem verborũ חוֹנֶה r
quieſcentium lamed Hè pag. 75.

[מַלְאַךְ] Angelus. Nomen eſt hemanticum deductum à verbo ſ *laàch* inuſitato per לָאַךְ ſ
additionem litterę Mem pag. 184.

[סָבִיב] Præpoſitio eſt, ſignificatq; in circuitu, in gyro,circa,à verbo t *Sabbàbb* quod סָבַב t
eſt circuire, vide præpoſitiones pag. 269.

[לִירֵאָיו] Timentes eum. Littera lamed eſt articulus,& habet hhirik loco duorum ſheuaim,quorum vnum ſub jod,alterum ſub ipſum lamed eſſe debuiſſet. Eadem enim eſt ratio litterę lamed, & litterę vau quoad puncta ſubiecta,de quo vide pag. יְרֵאָיו u
139.& 140. Remota igitur littera làmed, ſequens dictio integra eſt u *iereàu* quę quidem eſt participium יָרֵא x
generis maſculini,numeri pluralis cum affixo, à verbo
x *iarè* timuit.participiũ enim eſt etiã y *iarè* nec à pręterito יָרֵא y

יְרָא z terito vllo modo differt. pag.211. porro z *iarè* timēs in plurali facit a *iarèim* timentes, iuxta regulas mu-
יְרֵאִים a tationis punctorū. pag.82.& 83.& cū affixo יְרֵאָיו timentes eum, pag.38.

[וַיְחַלְּצֵם]. & eripuit eos, Litteræ vau est seruilis, vertitq; significationem futuri in præteritum, vide pag.112. 139. 140. vox autem
יְחַלְּצֵם b b *iebballetsèm* est persona tertia generis masculini, numeri singularis futuri in coniugatione Piel cum affi-
חָלַץ c xo tertiæ personæ pluralis masculini generis. Radix est c *bhalàts* recessit: inde d *bhillèts* remouit, eripuit;
חִלֵּץ d inde in futuro e *iebballèts* eripiet, & cum affixo f *iebballetsèm* eripiet eos, & cum vau versiuo g *vaibballetsèm* & eripuit eos, uide de affixis uerborum
יְחַלֵּץ e
יְחַלְּצֵם f in Piel pag.93.

וַיְחַלְּצֵם g Obseruandum est D.Hieronymum,& 70. Interpretes,qui uerterunt,& eripiet eos, non legisse uau cum
וִיחַלְּצֵם h pàtahh, sed cum hhirik, hoc modo h *vibballetsèm*, & eripiet eos.

ט

Versus VIII.

Dominus	bonus	quoniam	videte &	Gustate
יְהוָה	טוֹב	כִּי-	וּרְאוּ.	טַעֲמוּ.
Adonài	*tobb*	*ki*	*vrù*	*Tabhbamù*

eo in	sperabit	vir ille	beatus
בּוֹ	יֶחֱסֶה-	הַגֶּבֶר	אַשְׁרֵי
bò	*iebbsè*	*baggbèbber*	*asbrè*

טָעַם i [טַעֲמוּ] Gustate, à præterito i *tabbbàm* gustauit, fit in imperatiuo secunda persona pluralis,

lis, k *tahbhamù* gustate, vbi pàthahh est sub prima radicali pro sheuà, aut hhirik propter sequentem gutturalem, vide pag. 215. — k טַעֲמוּ

[רְאוּ]. videte, à preterito l *raà* vidit, fit in imperatiuo m *reè* vide, & n *reù* videte, vide inflexionem verborum quiescentium Lamed He, pag. 75. — l רָאָה m רְאֵה n רְאוּ

[כִּי] Coniunctio est, significatq; quoniam, quod, quia, & similia, pag. 270.

[טוֹב] bonus, à verbo o *tubb* quod significat bonum esse, fit nomen p *tobb* bonus. Sciendum est autem subintelligi verbum substantiuum, cũ dicitur, gustate, & videte, quoniam bonus dominus, pag. 276. — o טוּב p טוֹב

[אַשְׁרֵי] beatus. A radice q *asbèr* fit verbum r *asbàr* beatificauit, & nomen ſ *asbrè* beatus, & beati. est enim vtriusque numeri, licet formam prę se ferat nominum numeri pluralis, & in regimine existentium. — q אָשֵׁר r אִשֵּׁר ſ אַשְׁרֵי

[הַגֶּבֶר] ille vir. Littera He seruilis est vim habens pronominis demonstratiui, more Grecorum articulorum. Punctum eius ordinarium est pàthahh sequente dàghesh, vide pag. 137. Nomen autem t *gèbber* fit à verbo u *gabbàr* quod est roborare; & ideo propriè significat virum, qui etiã apud Latinos à viribus sic appellatur. — t גֶּבֶר u גָּבַר

[יֶחֱסֶה] sperabit. Futuri tertia persona singularis generis masculini à verbo x *hhasà* sperauit, vide inflexionem verborum quiescentium Lamed He, pag. 75. cur autem sub littera Iod sit ∵, & sub hheth sit sheuà, vide pag. 129. Et quamuis y *iebbsè* sit futurum; tamen rectè vertitur à D. Hieronymo, & à lxx. Interpretibus per tempus præsens. Vtuntur enim Hebręi futuro pro pręsenti, pręsertim quando significatur continuatio actionis, vide pag. 40. Notandum est etiam deesse hoc loco pronomen relatiuum, & sub intelligendum esse, qui, vide pag. 278. — x חָסָה y יֶחֱסֶה

[בּוֹ] in eo. Littera seruilis cum affixo, vide pag. 108.

Versus

Versus IX.

quoniam	eius sancti	Dominum	Timete
כִּי	קְדֹשָׁיו	אֶת־יְהוָה	יְראוּ
Ki	*kedoshàu*	*Adonài eth*	*Ierù*
eum. timentibus		defectus	non
לִירֵאָיו׃		מַחְסוֹר	אֵין
lireàu		*mahhsòr*	*en*

[יְראוּ] Timete. Secunda persona pluralis numeri, generis masculini, modi imperatiui à verbo a *iarè* timuit. & quidem secundum regulas deberet esse imperatiuus b *ierà* time c *ij-à* timete, vide pag. 55. quia tamen à verbo etiam d *raà* vidit, fit e *ijrù* videre; ne ista verba confundantur, in priori dicimus f *ierù* cum Aleph penitus quiescente.

a יָרֵא
b יְרָא
c יִרְאוּ
d רָאָה
e יִרְאוּ
f יְראוּ

[קְדֹשָׁיו] Sancti eius, à verbo g *kadhash* sanctus fuit, descendit nomen h *Kadhosh* sanctus, in plurali i *kedoshim* sancti, cũ affixo K *kedhoshàu* sancti eius, vide de mutatione punctorum, pag. 84.

g קָדַשׁ
h קָדוֹשׁ
i קְדוֹשִׁים
K קְדוֹשָׁיו

[כִּי] vide supra versu 8.

[אֵין] Aduerbium negandi, pag. 267.

[מַחְסוֹר] defectus, à verbo l *hhasàr* defecit, formatur nomen per additionem Mem, quę vna est ex litteris Hemanticis, m *mahhsòr* defectus, inopia, vide pag. 184.

l חָסֵר
m מַחְסוֹר

[לִירֵאָיו׃] Timentibus eum, vide supra versu 8.

Versus

כ

Versus X.

quęrentes & esurierunt & eguerunt Leunculi
כְּפִירִים רָשׁוּ וְרָעֵבוּ וְדֹורְשֵׁי
vedhoreshè verabbhèbbu ràshu Cephirim

bono. omni deficient non Dominum
טֹוב׃ כָל־ יַחְסְרוּ לֹא־ יְהוָה
tobb col iabhserù lo Adonài

n כָּפַר
o כְּפִיר

[כְּפִירִים] Leunculi. à verbo n *Kaphàr* fit nomen o *Kephir* & significat propriè leunculum iam grandiusculum, & ad prędandū idoneum, vt patet ex libro Ezech. c. 19. v. 3. & per metaphoram intelligitur tam hoc loco, quam apud Ezech. per leunculum homo diues, & potens, alienorum bonorum cupidus, direptorque.

p רוּשׁ
q רָשׁ
רָשְׁתָּ
רָשְׁתִּי
רָשׁוּ׃

[רָשׁוּ] eguerunt. Tertia persona numeri pluralis, tēporis prętetiti à radice p *rush* egere. sic autem flectitur pręteritum q *ràsh ràshta ràshti ràshu* vide pag. 71.

r רָעֵב
ſ דָּרַשׁ

[רָעֵבוּ] esurierunt. r *rabhbàbb* esurijt, inde in tertia persona plurali רָעֲבוּ esurierunt, & propter accentum distinctiuum רָעֵבוּ vide pag 143.

t דּוֹרֵשׁ
u דֹּורְשִׁים
x דֹּורְשֵׁי

[דֹּורְשֵׁי] quęrentes. Est participium actiuū, numeri multitudis in regimine, à verbo ſ *daràsh* quęsiuit. Hinc enim t *dorèsh* quærens, & in plurali u *doreshìm* & x *doreshe* quęrentes.

[לֹא] non. Aduerbium negandi. pag. 267.

y חָסֵר
z יַחְסְרוּ

[יַחְסְרוּ] deficient, à verbo y *bhasar* defecit fit futurum z *iabhserù* deficient.

[כָל] omni. vide supra versu primo.

bono

* טוֹבָה

[טוֹב] bono. Et si proprie טוֹב est nomen generis masculini, vnde fit fęmininum * tobhà bona, & Hebręi plerunque vtuntur fęminino pro neutro, quo carent, vt D. Hieronym. docet in cap. 7. Ecclesiastę, tamen vtuntur etiam non raro ipso masculino, vt hoc loco, & alibi.

ל

Versus XI.

Venite	filij	audite	me	timorem	Domini
לְכוּ	בָנִים	שִׁמְעוּ־	לִי	יִרְאַת	יְהוָה
Lechù	*bbanim*	*shimbbbù*	*li*	*ÿrath*	*Adonai*

docebo vos.
אֲלַמֶּדְכֶם׃
alammedkèm

a יָלַךְ
b יָלַךְ
c הָלַךְ
d הָלַךְ
e יָלַךְ
f בָּנָה
g בֵּן
h בָּנִים
i בַּת
k בֵּנַת
l בָּנוֹת
m שָׁמַע
n לָמַד
o לִמְדוּ

[לְכוּ] Venite, secunda persona pluralis imperatiui à verbo a *ialàch* venit, vide inflexioné, pag. 68. Sciendum tamen est hoc verbum b *ialach* nó esse in vsu in pręterito, & participijs, sed pro eo vsurpari verbum c *halach* quod idem significat, sicut è cótrario verbum d *halach* raro est in vsu in infinitiuo, imperatiuo, & futuro, & pro eo vsurpatur verbum e *ialach*.

[בָּנִים] filij, à uerbo f *bana* ędificauit, fit nomen g *ben* filius, quia est filius quasi opificium quoddam patris; in plurali h *banim* filij; in fœminino i *bath* pro K *benath* filia, in plurali l *banoth* filię, vide pag. 148.

[שִׁמְעוּ] audite, imperatiuus à radice m *shamabbb* sicut à n *lamad* fit o *limdù* vide pag. 59.

Articu-

[לִי] Articulus cum affixo primæ perſonæ pag.34. & ל quanquam lamed ordinariè eſt articulus genitiui, aut datiui, tamen interdum etiam ſeruit accuſatiuo. pag. 109.

[יִרְאַת] Timorem, à verbo p *iarè* timuit, fit nomen fęmininum q *ÿrà* timor, & in regimine genitiui r *ÿràth* vide pag.31.

[אֲלַמֶּדְכֶם] Docebo vos. Prima perſona futuri Piel cum affixo à verbo ſ *lamad* didicit. Vide inflexionem ſine affixo pag.220.& cum affixo pag.93.

p יָרֵא
q יִרְאָה
r יִרְאַת
ſ לָמַד

מ

Verſus XII.

Qui	vir ille	vult qui	vitam	diliget	dies
מִי־	הָאִישׁ	הֶחָפֵץ	חַיִּים	אֹהֵב	יָמִים
Mi	*haiſh*	*hebhaphèts*	*hhajim*	*obebb*	*iamim*

videndum ad	bonum.
לִרְאוֹת	טוֹב׃
liròth	*tobb*

[מִי] Quis pronomen relatiuum, & interrogatiuum, quod de ſolo homine dicitur. vide pag.39.

[הָאִישׁ] ille vir. Littera He deſeruit demonſtrationi, & habet kamets pro pathahh, quia ſequens littera non eſt capax daghesh, vide pag. 137. Vox a *iſh* eſt ipſa radix, & ſignificat virum, vt à fœmina diſtinguitur, & ponitur pro marito ſiue maſculo. Inde b *iſhſhà* mulier fœmina, vxor. dicitur etiam c *iſh* vnuſquiſque, quilibet, quicumque. Deeſt hoc loco verbum ſubſtantiuum de more Hebræorum, integra enim ſententia eſt: Quis eſt ille vir, pag.276.

a אִישׁ
b אִשָּׁה
c אִישׁ

[הַחָפֵץ] qui vult. Littera He præposita participio seruit loco relatiui d *asher* qui, & habet segòl, quia sequitur gutturalis, affecta puncto Kamèts, vide pag. 138. vox autem e *bhaphèts* est participium a verbo f *bhaphèts* voluit. Hebræi pro præsenti, quo, carent vtuntur participio præcedente pronomine, vide pag. 40.

d אֲשֶׁר
e חָפֵץ
f חָפֵץ

[חַיִּים] Vitam, nomen est pluralis numeri, nec habet singularem, vt apud Latinos opes, delitiæ, angustiæ, &c. deducitur à verbo g *bhaiâ* vixit, vide pag. 177.

g חָיָה

